

Catal

ind



W

416 106 073 400 12



W 8 Dou. 5250

D E
SUMMI PONTIFICIS
AUCTORITATE

*FLORES SENTENTIARUM
DIVI THOMÆ*

PER JOANNEM CARDINALEM
De Turrecremata Ord. Præd.
Collecti

AC E' VETUSTISSIMO CODICE
DENVO IN LUCEM EDITI,

Sub Auspiciis


Eximii, ac Egregii Patris Sac. Theol. Magist.

FR. JOSEPHI MARIAE
P I N I

Tert. Ordinis Sancti Francisci Provincialis Vigi-
lantis, nec non in Reg. Ticinens. Lyceo Pu-
blici, disertissimi Professoris.

MDCCCXXXV

MEDIOLANI,
Apud Benjamin de Sirturis hæredem Pacinici Pon-
tii, & Piccaleæ, Impress. Archiepisc.
Cum Privilegio.




R.^m, ac Eximio Viro

P. JOSEPHO MARIAE PINI

Tertii Ordinis S. Francisci in Sacra
Theol. Magist., Mediolan. Para-
difi Conventus ex Præsuli ;
inpræsentiarum Provinciali Vigilanti-
tissimo , ac in Regio Ticinensi
Lycaeo disertissimo Publico
Professori .

Jesuald. s Elbergati.

F. P.



Die 10. Julii 1736.

REIMPRIMATUR,

F. M. Campana Vicarius Generalis Sancti Officii Me-
diolani .

Dom. Crispus Paroch. SS. Victoris, & 40. Martyrum
pro Eminentiss., & Reverendiss. D. D. Card. Odes-
calco Archiepisc.

Carlus pro Excellentiss. Senatu.



Ræclaræ animi tui
dotes, tuaquè ge-
nerosa, dulcisquè
indoles, quæ tibi
me devinxere ,
animum impule-
re meum, ut hoc manipulum flo-
rum, in lucem iterum proditu-
rum,

✠ 2

4
rum, nulli quam tibi dicarem.
Dolet sanè tua mihi exhibita
amoris pignora tibi ex pro-
priis non posse rependere,
quare ne ingrati animi videar
aliena suscipere sum coactus:
Gravi ictui mihi desupèr ali-
quando illato, ex quo jactu-
ram pati agnoveram, ita pien-
ter ac generosè, tu solus (licet
procul) balsama effudisti, ut
meus penè colapsus animus
tua pietate erigeretur; quem-
admodum, & humanitas, quam
in rebus omnibus comitem ha-
bes, usquè ad exteras nationes
te commendatum reddiderit,
ac gratum; & quæ ab infantia
crevit tecum miseratio, ad su-
preum Provinciæ Præsulatum
te evexit, te renuente, plau-
dente illa: Plaudit sane Pro-
vincia tota, tuam in rebus ar-
duis componendis fœlicitatem,
in ornandis, ampliandisque cœ-
nobiis, ac construendis dexte-

rita-

5
ritatem; Nam, tua opera, ne-
dum Mediolanensis Paradisus
auctus conspicitur ac ornatus,
verùm, & S. Gervasii Papiensis
Conventus, prope à funda-
mentis erectus: Uterque vete-
rem amiserit formam, quippe
nova (R.^m P.) fecisti omnia Pa-
radisum veluti, cœlum novum,
& terram novam; si ergo nova
creanda erant, consequenter
vetera transitura. Taceo illam,
qua in docendo præfulges
scientiam, ita absque invidia
comunicas, ejusque honestatem
alumnis haud abscondis, ut ad
Ticinense athenæum te cuncti
auditori convenientes summam
demirentur eruditionem, cum
pari pietatis ardore conjunctam,
omnia tua, & meliora in te po-
sita esse ducant humanosquè
casus (quos aliquando es ex-
pertus) virtute inferiores pu-
tent; ex quo omnium oculos
in te esse coniectos nequaquam

tu

tu ipse dubites.

Quid tandem (R.^{mo} P.) non es adeptus, quod homini fas esset optare? tu qui Præsulatum petisti nunquam bis factus es Præsul; & quia non ambis munia majora obibis; primum, ante tempus, non ante meritum (in te meritum præcessit ætatem); Iterum tibi suo tempore, tuæ Religioni pene serò. Parum dixi, plura ommito, majora dicenda: interim Deum enixè rogo, ut te diù servet incolumem, & me pro ut facis ama.

BENE-



BENEVOLO
LECTORI

Jesuald.^s Elbergati.

Dilectissimum hocce Eminentiss. Cardinalis Turrecremata Hispani de Summi Pontificis auctoritate Opusculum, & si in lucem aliquando prodierit, iterum lucem aspicit, ut plurimorum virorum compleantur, & vota; neque obtantibus ipsum habere fas esset, nisi quoddam exemplare è meis ad typographorum manus pervenisset, idque permissum, in tui utilitatem benevole Lector: utere igitur, potius quam nostro, alieno labore (marginalibus adjunctis

notæ

8
notulis); sciasque S. Thomam
uti Auctorem, Turrecremata uti
sedulum Collectorem, meque uti
propagatorem, omnes tibi pro-
desse velle.

DE
SUMMI PONTIFICIS
AUCTORITATE
FLORES SENTENTIARUM
DIVI THOMÆ

PER F. JOANNEM CARDINALEM
De Turrecremata Ord. Præd.

Collecti.

AD JULIANUM CARDINALEM PRÆFATUM.

AD BIBL.
VATICANAM
ROMÆ.



Andasti, Reveren-
dissime Pater, &
Domine præstan-
tissime, Domine
Juliane dignissi-
me Presbyt. Car-
dinalis, ut ea, quæ
de SUMMI PONTIFICIS POTE-
STATE gloriosus Doct̃or SAN-
CTUS THOMAS DE AQUINO
sparsim ponit in suis operibus, in
unum colligerem Tractatulum; in
quo pro nascentibus difficultatibus
circa Romani Pontificatus singula-

DE

A

rem

rem auctoritatem Reverendissima Paternitas Vestra posset sine laboriosa multorum revolutione librorum, hujus splendidissimi Doctoris ad manum habere sententias. Optassem plane hoc onus aut studiosiori viro, cui familiarior esset præfati Doctoris doctrina, fuisse injunctum; aut alio clariori tempore mihi in quo laboriosiori animo, & sollicitudine magis integra perscrutatori tantorum librorum vacare potuissem. Verùm quia omnino Paternitati Vestræ Reverendissimæ placuit, ut hoc per me, & nunc fieret; mandata Vestræ Dominationis complexus, sequentes SENTENTIARUM FLORES ejusdem Beatissimi Doctoris THOMÆ librorum, quos nunc perfunctorie transcurrere potui, in hunc codicellum, tanquam in unum manipulum Florum collegi, qui ut gratior Vestræ redderetur Reverendissimæ Paternitati, & apertius

ejus

ejus redoleret utilitas. Formatis circa ipsam AUCTORITATEM SUMMI PONTIFICIS Titulis septuagintatium quæstionum, quibus ex præfati Doctoris Sancti Libris satisfieri repereram, ante nominatos Sententiarum Flores per modum responsionum, ordine debito servato, contexui.

Q U Æ S T I O I.

Utrum supra Episcopos aliquis dandus sit Superior in Ecclesia.

AD Hanc Quæstionem respondet S. THOMAS affirmative, quod sic in multis locis. Primò in IV. Sent. dist. XXIV. quæst. ultima. * Ubi rationem assignans, loquitur: Ubicumque multa sunt ordinata in unum, oportet esse aliquod universale regimen super particularia

* Art. II. Ad tertiam quæst. unc.

4 De Summi Pont. Autt.

regitiva; quia in omnibus virtutibus, & actibus, ut dicitur primo Ethic., est ordo secundum ordinem finis. * Bonum autem commune est divinius quàm bonum speciale; ideo super potestatem regitivam quæ communicat bonum speciale, oportet esse potestatem regitivam universalem respectu boni communis; aliàs non potest esse colligatio ad unum: Et ideo cum * Ecclesia sit unum Corpus, oportet, si ista unitas debeat servari, quod sit aliqua potestas regitiva respectu totius Ecclesie supra potestatem Episcopalem, qua unaquæque specialis Ecclesia regitur, & hæc est potestas Papæ.

Et ad Argumentum, * quo sic arguitur in oppositum, quod omnes Episcopi sunt Apostolorum successores; sed potestas, quæ data est uni Apostolorum, scilicet Petro Matth. XVI. etiam data est omnibus Apostolis Joann. XX. ergo omnes Episcopi sunt pares; & ita unus non est supra alterum.

* *Alia
finium.*

* *Adde
ex D.Th.
tota.*

*Ex diff.
X X I.
cap. in
novo te-
stamento.*

Flores sent. D. Th. 5

Respondet S. Th. in eodem loco*
sic, quod quamvis omnibus Apostolis data sit communiter potestas ligandi & solvendi; tamen in hac potestate, ut ordo aliquis servaretur, primò soli Petro data est, ut ostenderetur, quod ab eo debeat ista potestas descendere; propter quod etiam ei dixit singulariter. *
Confirma fratres tuos, & † Pasce oves meas, idest loco mei. Et ut dicit Chryf. Præpositus, & caput esto fratrum, ut ipsi te in loco meo assumentes, ubique terrarum te in throno tuo sedentem prædicent, & confirment.

Cæterum secundo ad eandem quæstionem inducit idem Doctor Sanctus plures rationes in IV. contra Gentiles cap. LXXVI., ubi ita ait: Manifestum est autem, quod quamvis Populi per diversas Dioceses, & Civitates distinguantur, tamen sicut est una Ecclesia, ita oportet esse unum Populum Chri-

* *Ad
Primum.*

* *Lucæ
XXII.
† Joann.
XXI.*

* *alias*
unitate.

stianum: Sicut ergo in uno speciali Populo Christi requiritur unus Episcopus, qui sit totius Populi caput; ita in toto Populo Cristiano requiritur quod sit unum totius Ecclesiæ caput. Item, * ad unionem Ecclesiæ requiritur quod omnes Fideles in fide convenient: circa verò ea, quæ fidei sunt convenient quæstiones movere; per diversitatem autem sententiarum divideretur Ecclesia, nisi in unitate per unius sententiam conservaretur: Exigitur ergo ad unitatem Ecclesiæ servandam quod sit unus qui toti Ecclesiæ præsit Manifestum est autem quod Christus Ecclesiæ non deficit in necessariis, quæ dilexit, & pro qua sanguinem suum fudit; cum etiam de Synagoga dicatur per Dominum: Quid ultra debui facere, & non feci Vineæ meæ? Esai. V. Non est ergo dubitandum quin ex ordinatione Christi unus toti Ecclesiæ præsit. Adhuc: nulli dubium quin Ec-

cle-

clesiæ regimen sit optime ordinatum, ut pote per eum dispositum per quem * Reges regnant, & legum conditores diffiniunt † iusta. Optimum autem regimen multitudinis est quod regatur per unum, quod patet ex fine regiminis, qui est pax: pax enim & unitas subditorum est finis regentis: unitatis autem causa congruentior est unus, quàm multi: manifestum est igitur regimen Ecclesiæ sic esse dispositum, ut unus toti Ecclesiæ præsit. Amplius: Ecclesia militans a triumphanti Ecclesia per similitudinem derivatur; unde & Joann: Apoc. XXI. Vidi Jerusalem descendentem de cælo; & Moyse dictum est * ut faceret omnia secundum exemplar quod ei in monte monstratum est. In triumphanti autem Ecclesia unus præsidet, qui etiam præsidet in toto universo, scilicet Deus: dicitur enim Apoc. XXI. Et ipsi Populus ejus erunt, & ipse Deus

* *Prov.*
VIII.† *alias:*
decer-
nunt.* *Exod.*
XXV.

A 4 cum

cum eis erit eorum Deus ; igitur & in Ecclesia militante unus est qui præsidet universis ; hinc est quod Osee primo dicitur : Congregabuntur filii Judæ, & filii Israel pariter, & ponent sibi Caput unum ; & Dominus dicit Joan: X. Et fiet unum ovile, & unus Pastor. Si quis autem dicat, quod unum Caput, & unus Pastor est Christus, qui est unus, & unius Ecclesiæ sponsus, non sufficienter respondet. Manifestum est enim, quod omnia Ecclesiæ Sacramenta ipse Christus perficit ; ipse enim est qui baptizat, ipse est qui peccata remittit, ipse est verus Sacerdos, qui se obtulit in ara crucis, & cujus virtute corpus ejus in altari quotidie consecratur, & tamen quia corporaliter non cum omnibus fidelibus præsentialiter erat futurus, elegit ministros Ecclesiæ per quos Sacramenta Fidelibus dispensaret, ut supra dictum est : * Eadem igitur ratione, quia præsentiam

* Cap.
LXXI.

tiam corporalem erat Ecclesiæ subtrahendus, oportuit quod alicui committeret, qui loco sui universalis Ecclesiæ gereret curam ; hinc est quod Petro dixit ante ascensionem : Pasce oves meas, Joann: ultimo, & ante passionem : Tu aliquando conversus confirma fratres tuos, Luca XXII. Et ei soli promisit : * Tibi dabo claves Regni Cælorum, ut ostenderetur potestas clavium per eum ad alios derivanda ad conservandam Ecclesiæ unitatem. Hæc ille

* Mat.
XVII.

Q U Æ S T I O II.

Utrum Romanus Pontifex sit primus, & maximus omnium Episcoporum.

AD hanc Quæstionem respondet S. Th. affirmati-
ve in Tractatu contra errores Græcorum in cap. LXV. ubi titulus est, quod Romanus Pontifex

fex est primus, & maximus inter omnes Episcopos, pro una parte inducens auctoritates sic ait. Quod enim Romanus Pontifex successor Petri, & Christi Vicarius sit primus, & maximus omnium Episcoporum canon Concilii * expresse ostendit sic dicens: Veneramur secundum scripturas, & canonum diffinitiones Sanctissimum antiquæ Romæ Episcopum primum esse, & maximum omnium Episcoporum: Hoc autem auctoritati consonat Sacræ Scripturæ quæ inter Apostolos Petro attribuit primum locum tam in Evangeliiis, quàm in Actibus Apostolorum, unde dicit Chrysof. † super Matth. super illud: * Accesserunt discipuli ad Jesum dicentes; quis major est in regno Cælorum? quod quidem * humanum scandalum cõceperunt, quod & jam in se occultare non poterant, & tumore cordis non sustinebant in eo, quod viderant Petrum sibi præferri, & præhonorari.

* Cap. 1.
canone 11
secundū
Dionys.
vulgo 1.
alias V.

† In Bre-
vi enar-
ratione
* Matth.
XVII.

* Alias,
quia
quoddā

QUÆ-

QUÆSTIO III.

*Utrum Romanus Pontifex existat
ceteris Patriarchis
Prælatus.*

AD hanc Quæstionem respondet S. Th. affirmati-
ve in Tractatu supradicto
cap. LXX. ubi ita dicit: Patet etiam
quod ipse Patriarchis Prælatus exi-
stat ex hoc, quod Cyrillus * dicit,
quod ipsius, scilicet Apostolici Thro-
ni Romanorum Pontificū solius est
reprehendere, statuere, corrigere,
disponere, solvere, & loco ipsius
ligare qui ipsum edificavit. Et
Chryf. super Actus Apostolorum
dicit quod Petrus est vertex sanctif-
simus beati Apostolici Throni Pa-
stor bonus; & hoc etiam patet ex
auctoritate Domini dicentis Lucæ
XXII. Tu aliquando conversu
confirma fratres tuos.

* Alex-
andri-
nus Pa-
triarcha
in lib. 11.
Thesauri

QUÆ-

Q U Æ S T I O IV.

*Utrum Papa in totam Ecclesiam
Christi universalem præ-
lationem habeat.*

AD hanc Quæstionem re-
spondet S. Th. affirmative
in præfato Tractatu con-
tra errores Græcorum in cap.
LXVI. Ubi ita dicit, quod prædi-
ctus Christi Vicarius in totam Ec-
clesiam Christi universalem præ-
lationem obtineat. Legitur enim
in Calcedonensi Concilio, quod to-
ta Synodus acclamavit Leoni Pa-
pæ: Leo sanctissimus, & Ycome-
nicus, * idest universalis Patriar-
ca, per multos annos vivat. Et
Chryf. super Matth. Filius quæ
Patris est, & ipsius Filii potesta-
tem Petro universalem concessit
ubique terrarum, & homini mor-
tali, omnium quæ in Cælo sunt, de-
dit

* Oecu-
menicus
vixit
vixit
unde
malè ab
e. quibus
vixit an-
t. quibus
modo im-
proprio
excusat.

dit auctoritatem dando ei claves;
ad hoc ut etiam Ecclesiam ubique
terrarum amplificet. Et super Jo-
ann. homil. LXXXV. Jacobum lo-
caliter in loco terminat, Petrum
autem totius orbis magistrum, &
doctorem ordinat. Idem super
Actus Apost. Petrus à Filio super
omnes, qui filii sunt potestatem ac-
cepit, non ut Moyses in gente una;
sed in universo orbe. Hoc etiam
trahitur ex auctoritate Sacræ Scri-
pturæ: Nam Petro indistincte
oves suas Christus commisit di-
cens Joann. ultimo, Pasce oves
meas; & Joann. X. Fiet unum ovi-
le, & unus Pastor.



Q U Æ S T I O V.

Utrum sit error dicere: Romanæ Ecclesie Pontificem non habere uniuersalis Ecclesie Primum.

Respondet S. Th. affirmative in antedicto Tractatu contra errores Græcorum in cap. LXV., ubi sic dicit. Similis autem error est dicentium Christi Vicarium Romanæ Ecclesie Pontificem non habere Universalis Ecclesie primum, errori dicentium Spiritum-Sanctum à Filio non procedere. Ipse enim Christus Dei Filius suam Ecclesiam consecrat, & sibi consignat Spiritu-Sancto, quasi ex suo charactere, & sigillo, ut ex suprapositis auctoritatibus manifeste habetur: Et similiter Christi Vicarius suo primatu, & providentia Universalem Ecclesiam tanquam

quam fidelis minister Christo subiectam servat.

Et ad illud quod dicitur Dist. XCIX. cap. nullus. Nullus Patriarcharum uniuersitatis vocabulo unquam utatur, & in cap. sequenti * ubi Greg. prohibet se Uniuersalem vocari.

* Scilicet cap. Ecce.

Respondet S. Th. in Tractatu contra impugnantes Religionem * sic dicens. Quod autem Papa Uniuersalem Pontificem se prohibet nominari, non hoc ideo est, quod ipse non habeat auctoritatem immediatam, & plenam in qualibet Ecclesia; sed quia non præficitur cuilibet particulari Ecclesie ut proprius, & specialis illius Ecclesie Rector: Sic enim cessarent omnium aliorum Pontificum potestates; & hoc cap. inductum, pro ratione inducit.

* Cap. IV.

* Eul. gio
Episcopo
Alexan-
drino lib.
VII. Epist.
X X X.
Ind. I.

QUÆSTIO VI.

Utrum Papa sit superior in tota Ecclesia.

Respondet S. Th. affirmative. Patet primò ex jam dictis; sed secundo hoc idem asserere videtur in IV. dist. XV. * ubi quæritur, an omnes teneantur ad jejunium, arguendo in tertio argumento, dicit; Secundum Bernard. in libro de dispensatione, & præcepto: * In præcepto Superioris non potest dispensare inferior; sed quælibet singularium personarum est inferior, quàm Ecclesia, quæ jejunium sub præcepto statuit; nisi forte ille qui est caput totius Ecclesiæ, vel loco capitis, scilicet Papa: g. sequitur quod nullus potest dispensare.

* Quæst.
III. Ar.
sic II.

* Ad
Abbatē
Columbi
sam.

QUÆ-

QUÆSTIO VII.

Utrum Papa sit caput universalis Ecclesiæ.

Respondet affirmative S. Th. in multis locis, sed potissime in Tertia Parte quæst. VIII. art. VI. ubi quærens utrum sit proprium Christo esse caput Ecclesiæ, ita dicit; * quod caput in alia membra dupliciter influit: uno modo quodam intrinseco fluxu, pro ut virtus motiva & sensitiva à capite derivatur ad cætera membra; alio modo secundum exteriorem quandam gubernationem, pro ut scilicet secundum visum, & alios sensus, qui in capite radican- tur dirigitur homo in exterioribus actibus. Interior autem fluxus gratiæ non est ab aliquo, nisi à solo Christo, cujus Humanitas ex hoc, quod est Divinitati conjuncta ha-

* in
corp.

B bet

bet justificandi virtutem : sed influxus in membra Ecclesiæ quantum ad exteriorem gubernationem potest aliis convenire ; & secundum hoc alii possunt dici capita Ecclesiæ secundum illud Amos VI. Optimates capita populorum ; differenter tamen à Christo . Primo quidem quatum ad hoc quod Christus est caput omnium eorum quæ ad Ecclesiam pertinent secundum omnem locum , & tempus , & statum : Alii autem homines dicuntur capita secundum quædam specialia loca ; sicut Episcopi suarum Ecclesiarum : vel etiam secundum determinatum tempus ; sicut Papa est caput totius Ecclesiæ , scilicet tempore sui Pontificatus ; & secundum determinatum statum prout scilicet sunt in statu viatorum . * Alio modo secundum quod Christus* est caput Ecclesiæ propria virtute ; alii vero dicuntur capita in quantum vicem gerunt Christi , ut II. ad Corinth.

* *alias*
viatoris

* *alias*
quia
Christus

* *alias*
propria
virtute ,
& auctoritate.

rint. II. Nam & ego quod donavi , si quid donavi propter vos in persona Christi ; & II. ad Corinth. V. Pro Christo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos .

Q U Æ S T I O VIII.

*Utrum Papa sit tantum caput
fidelium viatorum .*

Respondet S. Th. affirmative in responsione data in proxima quæstione dicens , quod Papa est caput totius Ecclesiæ scilicet tempore sui Pontificatus secundum determinatum statum , ut scilicet sunt in statu viatoris .

Q U Æ S T I O IV.

*Utrum Papa sit Sponsus universalis
Ecclesie.*

Respondet S. Th. affirmative in Tractatu contra impugnantes Religionem. * ita dicens quod sponsus Ecclesie proprie loquendo Christus est de quo dicitur Jo: III. Qui habet Sponsam Sponsus est. Ipse enim de Ecclesia suo nomine filios generat: Alii autem dicuntur sponsi sicut ministri Sponsi exterius cooperantes ad generationem spiritualium filiorum, quos quidem non sibi sed Christo generant. Qui quidem ministri in tantum sponsi dicuntur, in quantum vicem veri Sponsi obtinent; & ideo Papa qui obtinet vicem sponsi in tota Ecclesia, universalis Ecclesie Sponsus dicitur.

Est autem huic adjiciendum ad
di-

dicti illius Bernardi intelligentiam ad Eugenium * dicens quod Papa non sit Sponsus Ecclesie, sed Paranympus, & Amicus sponsi; quod S. Thomas in IV. dist. XXXVIII. * dicit sic; quod Episcopus, cui Ecclesie cura committitur virgines desponsat, non sibi, sed Christo, quia est Sponsi Paranympus, & Amicus.

* in Lib
b. 1.
Confide-
ratione.

* Art. V.
in corpore

Q U Æ S T I O X.

*Utrum Christus, & Papa dicendi
sint duo Sponsi universalis
Ecclesie.*

Respondet S. Th. negative in Tractatu immediate allegato * sic dicens. Episcopus autem suae diocesis sponsus est, & Presbyter suae Ecclesie; * unde & diocesis sponsus Papa est; & Episcopus Parochiae; nec propter hoc sequitur, quod sint plures sponsi unius Ecclesie, quia

* Cont
inapte
gnans
Relig
cap. IV.

* Abas
Parochus

Sacerdos suo ministerio cōperatur Episcopo tanquam principali, & similiter Episcopus Papæ, & Papa ipsi Christo; unde Christus, Papa, Episcopus, & Sacerdos non computantur nisi unus Sponsus Ecclesiæ.

Q U Æ S T I O XI.

*Utrum præter Papam qui est caput
& Sponsus, & Pastor universalis
Ecclesiæ, sint necessarii
alii Prælati in
Ecclesiâ.*

Respondet S. Th. affirmative in IV. dist. XIX. * ubi quærens an Sacerdos quilibet uti possit clave in quemlibet; ita præfatam quæstionem probat dicens: Ea quæ circa singularia oportet operari, non eodem modo omnibus competunt; unde sicut præter generalia medicinæ præcepta oportet

* Quæst.
I. Artic.
III. ad
primam
quæstionem.

tet adhibere medicos, quibus præcepta universalis medicinæ singulis infirmis, secundum quod debent, aptentur: Ita in quolibet principatu præter illum, qui universaliter præcepta legis tradit, oportet esse aliquos, qui ea singulis secundum quod debent aptent. Et propter hoc etiam in cælesti hjerarchia sub Potestatibus, qui indistincte præfunt, ponuntur Principatus, qui singulis Provinciis describuntur, * & sub his Angeli qui singulis hominibus in custodian deputantur: unde & ita esse debet in prælatione Ecclesiæ militantis, ut apud aliquem esset prælatio indistincte in omnes, & sub hoc essent aliqui, qui super diversos distinctam potestatem acciperent.

* alii
Distribuantur,

Q U Æ S T I O XII.

Utrum Reges, & Principes Christiani, & per consequens omnes fideles teneantur esse subditi Romano Pontifici.

Respondet S. Th. affirmative lib. I. in Tractatu suo de Rege ad Regē Cypri: * ubi in cap. XIV. loquens de Regno Ecclesiæ, & regali Sacerdotio, ita ait. Hujus Regni ministerium, ut à terrenis spiritualia essent discreta non terrenis Regibus, sed Sacerdotibus est commissum, & præcipue summo Sacerdoti * Christi Vicario Romano Pontifici; cui omnes christianos Reges oportet esse subiectos, sicut ipsi Domino Jesu Christo. Sic (ut dictum est *) ei ad quem ultimi finis pertinet directio subditi debent illi ad quos pertinet cura antecedentium finium, & ejus imperio dirig-

* Alio nomine: De regimine Principum.

* Adde ex Tex. D. Tho. ma: Successori Petri.

* Q. I.

rigi. Et quia Sacerdotium Gentium * & totus divinatorum cultus erat propter temporalia conquirenda, quæ omnia ordinantur ad multitudinis bonum commune, cujus Regi cura cõvenit; * convenienter Sacerdotes Gentilium Regibus subdebantur. Sed etiam in veteri lege promittebantur bona temporalia, siue terrena non à Dæmonibus, sed à bono * Deo religioso populo exhibenda; unde & in veteri Lege Sacerdotes leguntur Regibus fuisse subiecti. Sed in nova Lege est Sacerdotium altius, per quod homines traducuntur ad bona cœlestia. Unde in lege Christi Reges debent esse Sacerdotibus subiecti; unde mirabiliter ex Divina Sapiencia * factum est, ut in Romana Urbe, quam Deus præviderat Christiani Sacerdotii * principalem sedem futuram, hinc mos paulatim inolefceret, ut Civitatis Rectores Sacerdotibus subderentur. Sic enim Valerius Maximus refert:

* Alias: Gentilium.

* Alias: iacubus.

* Alias: vero.

* Alias: Providencia.

* Alias: Populi.

* *Lib. I*
cap. 4.

fert: * Omnia post Religionem ponenda semper nostra Civitas duxit; etiam in quibus summæ majestatis decus conspici voluit, qua propter non dubitaverunt Sacris Imperia servire; Ita se humanarum rerum habitura regimen existimantia, si * providentiæ Divinæ bene, atque prudenter, constanterque fuissent famulata. Quia etiam futurum erat ut in Gallia Christiani Sacerdotii plurimum vigeret Religio; divinitus est * provisum, ut etiam apud Gallos gentiles Sacerdotes quos Druidas nominabant,

* *In Textu potest esse Divina.** *Alias est permissum.*

totius Galliæ jus diffinerent, ut refert Julius Cæsar in libro commentariorum, * quem de Bello Gallico scripsit.

* *Lib. VI.*

QUÆ-

QUÆSTIO XIII.

An sit de necessitate salutis subesse Romano Pontifici.

Respondet S. Th. affirmative in libro de erroribus Græcorum cap. LXXI. ubi sic ait. Ostenditur etiam, quod subesse Romano Pontifici sit de necessitate salutis: dicit enim Cyrillus in lib. Thesaurorum: Itaque Fratres mei sic Christum imitemur, ut ipsius oves vocem audiamus manentes in Ecclesia Petri, & non inflemur vento superbiæ, ne forte tortuosus serpens propter nostram contentionem nos ejiciat ut Evam olim de Paradiso. Et Maximus in Epistola Orientalibus directa dicit: Coadunatam, & fundatam supra petram confessionis Petri dicimus universalem Ecclesiam secundum diffinitionem Salvatoris, * in qua de ne-

cessi-

* *Alias in qua necessaria ratio salutis, &c.*

cessitate salutis animarum nostrarum est manere, & ei est obedire, suam servantes fidem, & confessionem.

Q U Æ S T I O XIV.

*Utrum sit hæreticum dicere non esse
obediendum statutis
Papalibus.*

Respondet S. Th. affirmative in libro contra impugnantes Religionem sic dicens: Dicitur in Decret. dist. XXII. cap. Omnes. *Qui Romanæ Ecclesiæ privilegii ab ipso summo omnium Ecclesiarum capite traditum auferre conatur, procul dubio in hæresim labitur. Et infra: Fidem quippe violat qui adversus illam agit, quæ est Fidei mater. Hoc autem privilegium dedit Christus Romanæ Ecclesiæ, ut omnes ei sicut Christo obediant, unde dicit Cyrillus Ale-

* Post.
medi.

xan-

xandrinus Episcopus in lib. II. Thefaurorum; Ut membra maneamus in capite nostro Apostolico Throno Romanorum Pontif. à quo nostrum est quærere quid credere, quid tenere debeamus, ipsum venerantes, ipsum rogantes pro omnibus, quoniam ipsius solius est reprehendere, corrigere, statuere, disponere, solve, & in loco illius ligare qui ipsum edificaverit, & nulli alii: quod suum est plenum, sed ipsi soli dedit, cui omnes jure divino caput inclinant, & Primates mundi tamquam ipsi Domino Jesu obediunt; Unde patet, quod quicumque dicit non esse obediendum in his, quæ per Papam statuuntur, in hæresim labitur.

Item ad idem è Summa contra Gentiles lib. IV. cap. LXXVI., ubi post assignatas rationes pro prima conclusione superius adductas, * cōcludens ita dicit: Per hoc excluditur quorundam error præsumptuosus, quo

* Scilicet.
2. l.

* *Alias
qui se.*

quo * se subducere nituntur ab obedientia, & subjectione Petri, successorem ejus Romanum Pontificem universalis Ecclesiæ Pastorem non recognoscentes.

Q U Æ S T I O X V.

Utrum non obedientes Romano Pontifici sint Schismatici.

* *Quest
III. art.
II. Qua
siunc. II
* Q. II
huius.*

Respondet S. Th. affirmative in IV. sent. dist. XXIV. * ubi supra * ponit rationes probantes, quod necessarium sit dare unam potestatem regitivam respectu totius Ecclesiæ supra potestatem Episcopalem, cujusmodi est potestas Papæ dicens sic; Et ideo illi, qui hanc potestatem negant schismatici dicuntur, quasi divisores Ecclesiasticæ unitatis.

* *in corpore.*

Cæterum hoc idem in II. Secundæ Quæst. XXXIX. Art. I. * repetit

tit dicens. Sicut dicit Isidorus in lib. Etymolog. * Nomen schismatis à scissura animorum vocatum est: scissio autem unitati opponitur, unde peccatū schismatis dicitur quod directe, & per se opponitur unitati. Sicut enim in rebus naturalibus id quod est per accidens non constituit speciem, ita etiam in rebus moralibus, in quibus id quod est intentum, per se est; quod autem sequitur præter intentionem, est quasi per accidens: & ideo peccatum schismatis proprie est speciale peccatum, ex eo quod intendit se ab unitate separare, quam Caritas facit, quæ non solum alteram personam alteri unit speciali dilectionis vinculo, sed etiam totam Ecclesiam in unitate spiritus; & ideo proprie Schismatici dicuntur illi, qui propria sponte & intentione se ab unitate Ecclesiæ separant, quæ est unitas principalis. Nam unitas particularis aliquorum adinvicem ordi-

* *Alto d
nominis.
Or g. nū
lib VII.
cap. III.
a medio.*

* *G. cor.
oxi. op.
a. v. v.*

* *oxi. q. v.
t. v. v.
scinde.*

di-

dinatur ad unitatem Ecclesiæ, sicut compositio singulorum membrorū in corpore naturali ordinatur ad totius corporis unitatem. Ecclesiæ autem unitas in duobus attenditur, scilicet in connexione membrorum Ecclesiæ ad invicem, seu communicatione; & iterum in * ordinatione omnium membrorum Ecclesiæ ad unum caput, secundum illud Coloss. II. Inflatu sensu carnis suæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus, & conjunctiones membrorum subministratum & constructum, crescit in augmentum Dei. Hoc autem caput est ipse Christus, cujus vicem in Ecclesia gerit Summus Pontifex & ideo Schismatici dicuntur qui renuunt se subicere Romano Pontifici, & qui membris Ecclesiæ ejus * subjectis communicare recusant,

* *Alias,*
in ordi-
ne.

* *Alias,*
si,

QUÆSTIO XVI.

*Utrum magis sit obediendum Papa,
quàm alteri Potestati cui-
cunque infe-
riori.*

Respondet S. Th. affirmati-
ve in II. Senten. dist. ultim.
in expositione literæ, ubi
quærens, utrum magis sit obedi-
endum majori Potestati, quàm mi-
nori, sic dicit: * quod Potestas su-
perior, & inferior dupliciter se-
possunt habere, aut ita quod infe-
rior potestas ex toto oriatur ex su-
periori, & tunc virtus tota inferioris
fundatur super virtutē superioris;
& * ideo simpliciter in omnibus
est magis obediendum Potestati su-
periori, quàm inferiori: Sicut etiam
in naturalibus, causa prima plus
influit super causatum causæ secun-
dæ, quàm etiam ipsa causa secunda,

* in corp.

* *Alias:*
& tunc.

ut in Libro de causis dicitur, & sic se habet potestas Dei ad omnem potestatem creatam: Sic etiam se habet potestas Imperatoris ad potestatem Proconsulis. Sic etiam se habet potestas Papæ ad omnem potestatem in Ecclesia, quia ab ipso Papa gradus dignitatum diversi in Ecclesia disponuntur, & ordinantur; unde ejus potestas est quoddam Ecclesiæ fundamentum, ut patet Matth. XVI., * & ita * magis tenemur obedire Papæ, quàm Episcopis, vel Archiepiscopis, vel etiam Monachus Abbati absque ulla distinctione. Possunt iterum Potestas superior, & inferior ita se habere, quod ambæ orientur ex una quadam suprema Potestate, quæ unam alteri subijcit, scilicet quàm vult, & tunc una non est superior alterâ, nisi in illis, in quibus una supponitur alteri a suprema Potestate, & in illis tantum est magis obediendum

* Super
hanc po-
tatem ad-
scribo Ec-
clesiam
meam.
* Adde
ex Divo
Thom. in
Solutibus.

su-

superiori, quam inferiori, : Et hoc modo se habent potestates Episcopi, & Archiepiscopi descendentes à potestate Papæ.

Q U Æ S T I O XVII.

Utrum Papa possit præcepto suo cogere aliquem ad suscipiendum Episcopatum.

Respondet S. Th. affirmati-
ve in IV. Sent. in fine, dist.
XXIX. * ubi sic ait. Quidâ
dicunt, quod Papa non potest præ-
cipere alicui, quod accipiat Epi-
scopatum, quia consensus debet
esse liber; sed hoc posito periret
Ecclesiasticus ordo: Nisi enim qui-
dam possent cogi ad * suscipien-
dum, regimen Ecclesiæ conservari
non posset, cum quandoque illi,
qui sunt idonei, hoc nolunt susci-
pere, nisi coacti.

* Arto.
IV. ad
quartum.

* lego ex
D. Tho.
ad susci-
piendum
regimen
Ecclesiæ,
Ecclesiæ
cōserva-
ri non
posset.

C 2 QUÆ-

Q U Æ S T I O XVIII.

Utrum qui facit contra Constitutionem Papæ per ignorantiam, peccet.

* *Art.*
XIX.

Respondet S. T. in Quodl. I. quæst. IX. * quod quandoque sic, scilicet quando ignorantia est peccatum. Pro quo notat, quod ignorantia quæ est actus causa, causat involuntarium; unde semper excusat, nisi ipsa ignorantia sit peccatum. Est autem ignorantia peccatum, quando ignorat quis quæ potest scire, & tenetur. Constitutionem autem Papæ omnes suo modo scire tenentur. Si ergo aliquis non sciat per negligentiam, non excusatur à culpa si contra Constitutionem agat. Si verò aliquis habeat sufficiens impedimentum, propter quod scire non poterit; puta si fuerit in-

car-

carceribus, sive in terris extraneis ad quas Constitutio non peruenit, vel * aliquod simile; talis ignorantia excusat, ut non peccet contra Constitutionem Papæ agens. Hæc ille.

Q U Æ S T I O XIX.

Utrum Romanus Pontifex succedat Beato Petro in ea perfectione Potestatis, & dignitate Vicarius Christi, ad quæ ipse B. Petrus à Christo in Ecclesia fuit sublimatus.

AD hanc Quæstionem S. Th. respondet affirmative primò in lib. IV. contra Gentes cap. LXXVI., ubi post sermonem de institutione, * qua B. Petrus à Christo Caput, & Pastor universalis Ecclesiæ constitutus est, ita loquitur. Non potest autem dici,

C 3 quod

* *De quo supra in 2. l.*

* *Alias dignitatem.*

* *Adde et Text. S. Th. per eum ad alios.*

* *Supra Quæst. XIV.*

quod si Christus Petro hanc * potestatem dederit, quod * ad alios non derivetur. Manifestum est enim, quod Christus Ecclesiam sic instituit, ut esset usque ad finem seculi duratura secundum illud Esai. IX. Super solium David, & super Regnum ejus fedebit, ut confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia amodo, & usque in sempiternum. Manifestum est igitur, quod ita illos qui erant tunc in ministerio constituit, ut eorum potestas derivetur ad posteros pro utilitate Ecclesie usque ad seculi finem; præsertim cum ipse dicat Matt. ultimo: Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Per * hoc autem excluditur quorundam error præsumtuosus, qui se subducere nituntur ab obedientia, & subiectione Petri, successorem ejus Romanum Pontificem universalis Ecclesie Pastorem non recognoscentes.

Ca-

Cæterum hanc Quæstionem determinat ipse S. Th. in Tract. contra errores Græcorum, ubi in cap. LXVIII. ita loquitur. Ostenditur etiam, quod Petrus sit Christi Vicarius, & Romanus Pontifex Petri successor in eadem potestate, ut à Christo collata dicitur, cum dicat canon Calcedonen. Concilii: Si quis Episcopus prædicatur infamis, liberam habeat sententiam appellandi ad beatissimum Episcopum antiquæ Romæ, quem habemus Petrum petram refugii, & ipsi soli, libera potestate, Dei loco sit jus discernendi Episcopi infamiam secundum claves à Domino sibi dadas. Et infra: Et ideo omnia diffinita ab eo, teneantur tanquam à Vicario Apostolici Throni. Item Cyrillus Jerosolimitanus Patriarcha dicit, ex persona Christi loquens: Tu cum sine, & ego sine sine, cum omnibus, quos loco tui ponam plene & perfecte sacramen-

C 4

to,

to, & auctoritate cum eisero, sicut sum & tecum. Et Cyrillus Alexandrinus in lib. Thesaurorum dixit, quod Apostoli in Evangeliiis, & Epistolis affirmaverunt in omni doctrina Petrum esse loco Domini, & ejus Ecclesiam; eidem dantes locum in omni congregatione, & synagoga, in communi electione, & confirmatione. Et infra: Cui, scilicet Petro, omnes jure Divino caput inclinant, & Primates mundi tanquam ipsi Domino Jesu omnes obediunt. Et Chryf.

dicit ex persona Filii
loquens: Pasce
oves meas, *
idest
loco mei Prepo-
situs esto fra-
trum.

* Joann.
XIII.

Q U Æ S T I O XX.

Utrum Papa in Ecclesia habeat plenitudinem potestatis.

AD hanc Quæst. S. Th. respondet affirmative in Tract. contra errores Grecorum in cap. LXVII. ubi dicit sic. Habetur etiam ex prædictorum auctoritatibus, quod Romanus Pontifex habeat in Ecclesia plenitudinem potestatis: dicit enim Cyrillus Patriarcha Alexandrinus in lib. Thesaurorum: Sicut Christus accepit à Patre sceptrum Ecclesiæ Gentium ex Israel egrediens super omnem principatum, & potestatem; & super omne quodcumq; est, ut ei genua cuncta curventur, plenissimam potestatem; sic & Petro, & ejus successoribus plenissime commisit. Et infra: Nulli alii, quam

QUÆ-

quàm Petro Christus quod suum est plenum, & ipsi soli dedit. Et infra: Pedes Christi humanitas est, ipse homo, cui tota Trinitas * dedit plenissimam potestatem, quem unus trium assumpsit, * & in unitate personæ transvexit ad Patrem super omnem principatum, & potestatem, & super omne quodcunque est ut ei genua cuncta curventur, & adorent eum omnes Angeli Dei, * dimisit per sacramentum, & potestatem Petro, & ejus Ecclesiæ: Et Chryf. ad consulta Bulgarorum ex persona Christi loquens: Ter te interrogo * si me diligis, qui ter me trepidus & timidus negasti: nunc autem reductus, ne credant te fratres gratiam, & auctoritatem clavium amisisse, quia amas me, coram ipsis jam tibi confirmo, quod meum est plenum. Hoc etiam trahitur ex auctoritate Sacræ Scripturæ; nam Dominus Matth. XVI. universaliter Petro dixit: Quodcunque

* *Alias:*
retroni-
eas.

* *In D.*
Th. as-
sumpsit
in uni-
tate per-
sonæ; .
transve-
xit ad
Patrem,
&c.

* *Adde*
quem-
torum.

* *Loge*
sic: an-
ames, an-
ames, an-
diligas.

sol-

solveris super terram, erit solutum & in Cœlis, &c.

Q U Æ S T I O XXI.

Utrum errent contra Unitatem Ecclesia qui Romanum Pontificem negant plenam habere in Ecclesia potestatem.

Respondet S. Th. affirmati-
ve in Tractatu prænomi-
nato contra errores Græ-
corum in cap. LXXII. ita dicens.
Sicut autem prædicti errantes, con-
tra Unitatem corporis mystici pec-
cant Romani Pontificis potestatem
plenariam abnegantes, sic contra
puritatem corporis Christi sacri de-
linquunt dicentes ex azimo pane non
posse corpus Christi consecrari.

QUÆ-

Q U Æ S T I O XXII.

*Utrum Papa habeat plenitudinem
Pontificalis potestatis sicut
Rex in Regno.*

* Art.
IV. qua-
stio. III.

Respondet S. Th. affirmative in IV. Sentent. dist. XX., * ubi quærens, an Episcopus possit dare indulgentias, dicit sic. Papa habet plenitudinem potestatis Pontificalis quasi Rex in Regno; sed Episcopi assumuntur in partem sollicitudinis, quasi Iudices singulis Civitatibus propositi; propter quod etiam solos eos in litteris suis fratres vocat, reliquos autem omnes vocat filios.

Notandum etiam breviter, quod idem Doctor in eodē IV. dicit, quod in Regno tota potestatis plenitudo penes Regem residet, in Aristocratia autem apud unum non residet plenitudo potestatis, sed apud omnes.

QUÆ-

Q U Æ S T I O XXIII.

*Utrum à Papa derivetur potestas
in aliis Prælatiis.*

AD hanc Questionem respondet S. Th. affirmative in locis supra annotatis. Primò in IV. contra Gentiles cap. LXXVI. ubi ita dicit. * Petro scilicet promisit soli dicens: * Tibi dabo claves Regni Cælorum, ut ostenderetur potestas clavium per eum ad alios derivanda ad conservandam Ecclesiæ unitatem. Item hoc idem dicit in IV. Sent. dist. XXIV. quæst. ult. * sub his verbis. * Quamvis Apostolis data sit cõmuniter potestas ligandi, atque solvendi; tamen in hac potestate, ut ordo aliquis servaretur, primò soli Petro data est, ut ostendatur quod ab eo debeat ista potestas descendere.

* Supra.
Quæst. I.
* Matth.
XVII.

* Art.
II qua-
stio. III
ad I.

* Supra.
Quæst. I.

Ceterum secundò hanc questionem

nem

46 De Summi Pont. Auct.

nem plenius declarat in fine ultimæ Distinctionis II. Sent. ubi, ut allegatum est in responsione XVI. Quæst. sic ait. Potestas superior, & inferior dupliciter se possunt habere; aut ita quod inferior potestas ex toto oriatur à superiori; & tunc virtus tota inferioris fundatur super virtutem superioris, & ideo * simpliciter in omnibus est magis obediendum potestati superiori, quàm inferiori; Sicut etiam in naturalibus, causa prima plus influit super causatum causæ secundæ, quàm etiam ipsa causa secunda, ut in lib. de causis dicitur; & sic se habet potestas Dei ad omnem potestatem creatam, Sic etiam se habet potestas Imperatoris ad potestatem Proconsulis, Sic etiam se habet potestas Papæ ad omnem potestatem in Ecclesia, quia ab ipso Papa gradus dignitatum diversi in Ecclesia disponuntur, & ordinantur; unde ejus potestas est quod-

dam

* Alias,
eunc,

dam Ecclesiæ fundamentum, ut patet Matth. XVI. &c.

Q U Æ S T I O XXIV.

Utrum Papa possit uti potestate clavis in quemlibet de Ecclesia.

Respondet S. Th. in IV. dist. XIX. * art. III. ita dicens; quod usus claviū requirit aliquam prælationis potestatem, per quam ille, ad quem usum clavium communicatur, efficitur materia propria illius actus; & ideo ille qui habet indistinctam potestatem super omnes, potest uti clavibus in quemlibet: Illi autem, qui sub illo distinctam potestatem acceperunt, non in quemlibet uti possunt clavibus, sed in eos, qui eis in potestatem veniunt, nisi in necessitatis articulo, ubi nemini sacramenta sunt deneganda.

* Quæst.
I. Art.
III. ad
I. qua-
siunt. et
sine.

Cæ-

Cæterum secundo S. Th. idem declarat in Tract. contra impugnantes Religionem dicens. * Episcopi in Ecclesiâ tenent locum Domini nostri Jesu-Christi, unde dicit Dionys. in V. cap. Eccles. Hierarchiæ. Pontificum ordo primus quidem est divinarum ordinationum, sublimissimus autem, & novissimus; etenim in ipsum perficitur & impletur omnis nostræ Hierarchiæ dispositio: ut enim omnem Hierarchiam videmus in Jesum consummatam, sic unamquamque in proprium divinum summum Sacerdotem, idest Episcopum. Unde etiam I. Petri II. dicitur *. *Converti estis ad pastorem animarum vestrarum, & Episcopum.* Hoc autem præcipue verum est de Romano Pontifice cui, ut Cyrillus dicit, omnes jure divino caput inclinant, & ei tanquam ipsi Domino Jesu-Christo obediunt. Et Chrys. dicit super illud Joann. ultimo: *Pasce oves*

meas:

meas: * idest loco mei Præpositus, & caput esto fratrum.

* Additum ex D. Th. text.

Q U Æ S T I O XXV.

Utrum Papa possit concedere potestatem alicui, quod quis utatur potestate clavium in eum in Foro conscientia.

Respondet S. Th. affirmative in IV. dist. superius assignatâ, quæst. I. * ita dicens. Potestas clavium quantum est de se, extendit se ad omnes; sed quod in aliquem Sacerdos non possit uti potestate clavium, contingit ex hoc, quod ejus potestas ad aliquod specialiter est limitata: Unde ille qui limitavit, potest extendere in quem voluerit; & propter hoc etiam potest sibi dare potestatem in seipsum, quamvis ipse in seipsum uti potestate clavium non possit, quia potestas cla-

D vium

* Artico. III. cit. ad III. quæstio. unci.

* Ad nos de Christo.

vium requirit pro materia aliquod subiectum, & ita alium: sibi ipsi enim aliquis esse subiectus non potest. Hec ille.

Q U Æ S T I O XXVI.

Utrum Papa possit concedere potestatem alicui, ut utatur in eum potestate clavium in Foro exteriori; videlicet, quod aliquis excommunicet eum.

**de sum-
pti ex
paritate
Sacerdo-
tis vete-
ris Te-
stamenti.*

Respondet S. Th. negative in eodem loco in solutione tertii argumenti. * Judicium exterius est secundum homines; sed iudicium confessionis est quo ad Deum, apud quem aliquis redditur minor ex eo quod peccat, non autem apud hominum praelationes; & ideo in exteriori iudicio, sicut nullus in se ipsum sententiam excommunicationis dare potest, ita nec alteri committere, se exco-
mu-

municare; sed in foro conscientiae potest alteri committere suam absolutionem qua ipse uti non possit. Vel dicendum, quod absolutio in foro confessionis est principaliter potestas clavium, & ex consequenti respicit jurisdictionem; sed excommunicatio respicit totaliter jurisdictionem. Quantum autem ad potestatem ordinis omnes sunt æquales, non autem quantum ad jurisdictionem; & ideo non est simile.

Q U Æ S T I O XXVII.

Utrum Papa sit proprius Sacerdos dicendus aliquo modo cuiuslibet Parochia.

Respondet S. Th. affirmative in Tract. contra impugnantes Religionem, * ita dicens. Ad id, quod objicitur, quod quilibet tenetur semel in anno confiteri proprio Sacerdoti: dicendum, quod proprius Sacerdos non solum

** C. 1.
IV.*

est Sacerdos Parochialis; sed etiam Episcopus, vel Papa, ad quos etiam magis pertinet cura ejus, quam ad Sacerdotem, ut multipliciter ostensum est. Proprium enim hic non accipitur secundum quod dividitur contra commune, sed solum secundum quod dividitur contra alienum; unde qui confessus est Episcopo suo, vel alicui habenti vicem ejus, confessus est proprio Sacerdoti. Hæc ille.

Q U Æ S T I O XXVIII.

Utrum Papa sit immediatus Prælati cuiuslibet Fidelis.

Respondet S. Th. affirmative in IV. in dist. XVII. qu. III. * dicens. Inconveniens esset, quod duo æqualiter super eandem plebem constituerentur; sed quod duo, quorum unus est prin-

* Art. III. quæstio V. ad Tertium.

principalior alio, super eandem plebem constituentur non est inconveniens: Et secundum hoc super eandem plebem immediate sunt & Sacerdos Parochialis, & Episcopus, & Papa, & quilibet horum potest committere ea, quæ sunt jurisdictionis ad ipsum pertinentia, alter. Hæc ille.

Item in eodem Tractatu * ait: Papa habet immediatam jurisdictionem in omnes Christianos; quia Romana Ecclesia nullis Synodis constitutionibus cæteris Eccle-

siis prælata est; sed evangelica voce Domini, & Salvatoris sui Primatum obtinuit,

ut habetur in Decreto, dist.

XXI. cap. Quam-

vis. * Hæc ille.

* Contra impugnes Religionem cap. IV.

* In Episcopis solent esse omnia bus Ordinibus.

Q U Æ S T I O XXIX.

*Utrum Papa possit committere ali-
quibus predicare, & Fidelium
confessiones audire, & audiendo
uti potestate clavium irre-
quisitis propriis Sacerdo-
tibus Parochiali-
bus.*

art.
III.

Respondet S. Th. affirmati-
ve in IV. dist. XVII. quæst.
III., *cujus, inter alias, una
est ratio hæc. Quidquid potest infe-
rior, potest & superior; sed ipse Sa-
cerdos Parochialis potest dare licen-
tiam suo Parochiano, quod confitea-
tur alteri: ergo multo fortius supe-
rior ejus hoc potest. In corpore ve-
rò quæstionis ita dicit. Dicendum,
quod Sacerdos aliquis potest dupli-
citer impediri ne confessionem au-
diat; uno modo propter defectum
juris-

jurisdictionis; * alio modo propter
defectum ordinis, sicut excommuni-
cati, & degradati, & hujusmodi:
Quicumque autem habent jurisdic-
tionem, possunt, ea quæ sunt ju-
risdictionis committere; & ideo si
quis impediatur, quod alterius con-
fessionem audire non possit per ju-
risdictionis defectum, potest sibi
per quemcumque habentem jurisdic-
tionem immediatam in illos
committi, quod confessionem au-
diat, & absolvat sive per ipsum
Sacerdotem, sive per Episcopum,
sive per Papam. Si autem prop-
ter executionis ordinis impedi-
mentum audire non possit, potest
ei * concedi, quod confessionem
audiat, per eum qui impedimen-
tum amovere potest.

* Intex-
tu S. Th.
Alio mo-
do pro-
pter im-
pedimẽ-
tũ exe-
cutionis
ordinis.

* Alias
sibi.

Demum secundò hanc quæstio-
nem in Tractatu contra impugnan-
tes Religionem * manifestam facit,
& clarissimam ex consuetudine,
quæ in Romana Ecclesia ab anti-

* Cap.
IV.

quissimis temporibus observata est ita dicens, post multas alias rationes. Ad hoc facit consuetudo Romanæ Ecclesiæ, ad quam accendentes a Pœnitentiariis Papæ ad quoscumque Sacerdotes literas impetrant, ut eis confiteantur. Item Legati Papæ, & eorum Pœnitentarii confessiones audiunt non petitiâ licentiâ a Parochialibus Presbyteris, & etiam auctoritate

Papæ ubique prædicant:

Et ita patet, quod prædicare, & audire confessiones

potest aliis committi sine licentia Parochialium Sacerdotum.

Hæc Ille.

QUÆ-

QUÆSTIO XXX.

Utrum præter duos Ordines institutos à Deo, scilicet Episcoporum, & Sacerdotum Parochialium, possit Papa instituire tertium Ordinem talium Prædicatorum, qui propria auctoritate prædicarent.

AD hanc Quæstionem respondet S. Th. affirmative II. Secundæ, quæst. CLXXXVIII. art. IV. ostendens quomodo expediat hujusmodi Prædicatores institui, & quomodo eos instituire potest præcipue Papa, qui habet plenitudinem potestatis in Ecclesia; sicut & in primitiva Ecclesia fuerunt duo Ordines Sacri, scilicet Presbyteri, & Diaconi, & tamen postea minores ordines sibi constituit, ut Magister in Sententiis dicit *

QUÆ-

* IV. 2.
20. 21.
XXIV.

Q U Æ S T I O XXXI.

Utrum Papa possit compellere Collegia generalium studiorum, ut ad eorum societatem Religiosi admittantur.

* Con-
tra im-
pugnans
Reli-
gionem
cap. III.

Respondet S. Th. affirmative in præfato Tractatu, * sic dicens in responsione ad unum argumentum. Quod autem obiiciunt, quod nullo modo potest cogi ad societatem invitus, ut Lex dicit, patet quod intelligitur de privata societate, quæ consensu duorum, vel trium constituitur; sed ad societatem publicam, quæ non potest constitui nisi ex Superioris consensu, à Superioris auctoritate compelli potest: sicut Princeps, qui præest Reipublicæ potest compellere cives, ut in sua societate aliquem recipiant: sic Collegium aliqujus Ecclesiæ cogitur, ut aliquem

re-

recipiat in Canonicum, & in Fratrem. Unde cum Collegium studii generalis sit publica societas, ad eam potest aliquis induci auctoritate superioris cogente. Et infra. * Unde nullum * dubium esse debet seculares compelli posse auctoritate Apostolica, ut ad societatem studii Religiosos admittant. Hæc Ille.

* In fine.

* Alias nulli.

Q U Æ S T I O XXXII.

Utrum ad Papam maxime pertineat ordinatio Studiorum, & Universitatum.

Respondet S. Th. affirmative in Tractatu proxime nominato, * ubi ita dicit. Ad eum enim qui regit Rempublicam, pertinet ordinare de nutritionibus, & adinventionibus Juvenum, in quibus exerceri debeant, ut dicitur X. Ethic, & Politica ordinat, ut dicitur I. Ethic: , quas disciplinas debitum est

* Cap. cit. circa finem.

* Alias
Ciuita-
tibus.

est esse in * civilibus, & quales oportet unumquemque addiscere, & usque quo. Et sic patet, quod ordinare de Studio pertinet ad eum, qui præest Reipublicæ, & præcipue ad auctoritatem Sedis Apostolicæ, qua Universalis Ecclesia gubernatur, cui per generale studium providetur. Hac Ille.

Q U Æ S T I O XXXIII.

Utrum solus Papa habeat plenitudinem potestatis dispensandi in votis dispensabilibus.

* Ad II.
quæstio.

* In Tex-
tu, ut,
quia ora-
nes ad
unum
recurre-
re non
possunt,
per infe-
riores di-
spensatio-
nem reci-
pere
possunt.

Respondet S. Th. in IV. dist. XXXVIII. quæst. I. Artic. IV. * sic dicens. Plenitudo potestatis in dispensando residet penes summum Pontificem; alii de hac potestate participant quantum eis concessum est, * quia omnes ad unum concurrere non possunt: unde in votis illis, quæ non de facili di-

dispensationem recipiunt, nec frequenter sed raro, sicut votum Religionis, & alia hujusmodi vota perpetua, solus Papa dispensare potest: In aliis vero temporalibus votis, sicut peregrinationum, jejuniorum & hujusmodi, possunt etiam Episcopi dispensare, nisi aliquod horum sibi Papa * reservaret, sicut dispensatio in voto Terræ sanctæ. Ad quod, inter alia, talem rationem inducit S. Th. ibidem. In corpore humano sunt quædam actiones, quæ solis membris principalibus cõveniunt, & quædam soli capiti; sed in Ecclesia vicem capitis tenet Papa, & vicem principalium membrorum Prælati majores, ut Episcopi: igitur aliquæ dispensationes sunt, quas solus Papa potest facere.

* Alias:
reserva-
verit.

Præterea ad idem est II. Secundæ, quæstione LXXXVIII. * artic. ultimo in responsione ultimi argumenti, ubi sic dicitur. Quod quia Summus Pontifex gerit plenarie,

* Vide-
tur etiã
II. Secun-
dæ Q.
184. ar.
VI. in
corp. &
Q. 189.
art. VII.
in corp.

vicem Christi in tota Ecclesia, ipse habet plenitudinem potestatis dispensandi in omnibus dispensabilibus votis. Alijs verò Prælati inferioribus committitur dispensatio, in votis, quæ communiter fiunt, & indigent frequenti dispensatione, ut habeant de facili homines ad quem recurrant: sicut sunt vota peregrinationum, jejuniorum, & aliorum hujusmodi. Vota verò majora (puta continentiae, & peregrinationis Terræ sanctæ) reservantur Summo Pontifici.

Q U Æ S T I O XXXIV.

Utrum Papa possit dispensare in voto Continentiæ solemnizato per Professionem Religionis.

QUÆ-

Q U Æ S T I O XXXV.

Utrum Papa possit facere, quod ille qui est professus Religionem, non sit Religiosus.

AD has duas Quæstiones respondet S. Th. negative in II. Secundæ, quæst. LXXXVII. art. XI. * ubi narrata opinione dicentium (quam etiam profectus fuerat in IV. Sent. dist. XXXVIII. *) quod in voto solemnæ Continentiæ propter aliquam communem utilitatem, seu necessitatem; ut puta propter pacificationem Terrarum ex aliquo matrimonio contrahendo, possit dispensari: & hac opinione dimissa, quia in oppositum ejus videtur militare Decretalis illa * in Cap. Cum ad monasterium: De statu Monachorum: * Abdicatio enim proprietatis similiter & custodia castitatis adeo est annexa regulæ Mona-

* In corpore.

* Art. IV. quæstionum, l. ad III.

* Innocentii III.

* Lib. III. tit. XXXV. cap. V. in fine.

Monachali, ut contra eam nec Summus Pontifex possit indulgere dicit sic. Ideo aliter videtur dicendum, quod sicut supra dictum est *, & habetur Levit. ultim. Illud, quod semel sanctificatum est Domino, non potest in alios usus mutari: Non autem potest aliquis Prælati Ecclesiæ facere, ut illud quod est sanctificatum sanctificationem amittat; etiam in rebus inanimatis, puta quod Calix consecratus desinat esse consecratus, si maneat integer. Unde multo minus hoc potest facere Prælati aliquis, ut homo Deo consecratus, quamdiu vivit, consecratus esse desistat. Solemnitas autem voti consistit in quadam consecratione, seu benedictione voventis ut dictum est; * & ideo non potest fieri per aliquem Prælatum Ecclesiæ, quod ille qui votum solemne emisit, desistat ab eo ad quod est consecratus (puta quod ille qui est Sacerdos non sit Sacerdos); licet Prælati ob aliquam causam

pos-

possit executionem ordinis inhibere. Et simili modo Papa non potest facere, quod ille qui est professus Religionem, non sit Religiosus; licet quidam Juristæ ignoranter contradicant. Est igitur considerandum, utrum continentia sit essentialiter annexa ei ad quod votum solemnizatur; quia si non est ei essentialiter annexa, potest manere solemnitas consecrationis sine debito continentia; quod non potest contingere si sit essentialiter annexum ei ad quod votum solemnizatur. Non est autem essentialiter annexum debitum continentia; Ordini sacro, sed ex statuto Ecclesiæ: unde videtur, quod per Ecclesiam possit dispensari in voto continentia; solemnizato per susceptionem Sacri Ordinis. Est autem debitum continentia; essentialiter statui Religionis, per quam homo abrenunciat Seculo, totaliter Dei servitio mancipatus: quod non potest simul stare

E

cum

* Art.
X. a 8
I.

* Art.
VII. su
pradicta
Quæst.
LXXX.
VIII.

cum matrimonio in quo incumbit necessitas procurandæ uxoris, & prolis, ac familiæ, & rerum quæ ad hoc requiruntur: unde Apostolus I. ad Corinth. VII. Qui est cum uxore, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est.

Unde nomen Monachi ab unitate * sumitur per oppositum ad divisionem prædictam. Et ideo in voto solemnizato per professionem Religionis non potest per Ecclesiam dispensari, & rationem assignat.

Decretalis, quia Castitas est ennexa Regula Monachali. Hæc Ille.

* *movet*
Xo a
no. b.
movet
solus e-
go, soli-
sudines
capro,
ut hinc
quam a
movet
e a Xo
id est, u-
nus tri-
stis.

Q U Æ S T I O XXXVI.

*Utrum Papa possit dispensare in voto
 Continentiæ solemnizato per
 susceptionem Sacri
 Ordinis.*

Respondet S. Th. affirmative; quod satis patet ex proximis dictis. *

Q U Æ S T I O XXXVII.

Utrum Papa in voto Obedientiæ possit dispensare simpliciter cum Religioso.

Respondet S. Th. II. Secundæ. Quæst. CLXXXVI. art. VIII. in responsione ad III. ita dicens. Papa in voto Obedientiæ in his, quæ ad perfectionem vitæ pertinent dispensare non potest. Non enim potest ipsum a sua obedientia exi-

* *Quæ.*
anteced.
ibi: non
est autē.
essentia-
liter an-
nexum
debitum
continen-
tiæ
&c.

mere : potest tamen eum eximere
ab inferioris Prælati subjectione . *

* Adde
ex D. Th.
quod nõ
est in
voto
abedien-
tiæ dis-
pensare.

Q U Æ S T I O XXXVIII.

*Utrum ad Papam maxime perti-
neat dispensatio, vel commuta-
tio, aut relaxatio Jura-
mentorum.*

Respondet S. Th. affirmati-
ve in II. Secundæ, quæst.
LXXXIX. artic. IX. ubi in
solutione III. argumenti sic ait.
Dicendum, quod quandoque illud,
quod cadit sub Juramento promif-
sorio est manifeste repugnans justi-
tiæ; vel quia est peccatum, sicut
cum quis jurat se facturum homi-
cidium; vel quia est majoris boni
impedimentum, sicut cum aliquis
jurat se non intraturum religionem.
Et tale juramentum dispensatione
non indiget; sed in primo casu te-
netur aliquis juramentum tale non
ser-

servare; in secundo autem casu li-
citur est & servare, & non serva-
re, ut dictum est. * Quandoque verò
sub juramento aliquid promittitur,
de quo dubium est, utrum licitum,
vel illicitum, proficuum, vel no-
civum, vel simpliciter aut in ali-
quo casu: & in hoc potest quilibet
Episcopus dispensare. Quan-
doque verò sub juramento promit-
titur aliquid, quod est manifeste li-
citur & utile: & in tali juramento
non videtur habere locum dispen-
satio, vel commutatio, nisi aliquid
melius occurrat faciendum ad com-
munem utilitatem: quod maxime
videtur pertinere ad potestatem
Papæ, qui habet curam universalis
Ecclesiæ: vel etiam absoluta relaxa-
tio, quod etiam ad Papam pertinet
in omnibus generaliter, quæ ad dis-
pensationem pertinent rerum Eccle-
siarum, * super quas habet plenitudinem
potestatis. Sicut & ad unumquæque
pertinet irritare juramentum, quod

* Arto
VII. ad
II.

* Alio-
Eccle-
siastica-
rum.

à sibi subditis factum est circa ea, quæ ejus potestati subduntur: sicut Pater potest iritare juramentum Puellæ, & vir Uxoris, sicut dicitur Numer. XXX. Et supra de Voto dictum est.*

* Quæst.
LXXX.
VIII. et.
VII. &
IX.

Q U Æ S T I O XXIX.

*Utrum solius auctoritate Papa potest
Episcopus curam Episcopalem
deserere.*

* in corp.

Respondet S. Th. affirmative in II. Secundæ. Quæst. CLXXXV. Artic. IV. * ubi sic dicit post multa, Oportet tamen quod sicut curam regiminis assumit aliquis per providentiam superioris Prælati; ita etiam per ejus auctoritatē ex causis prædictis deserat susceptā: unde Extra de Renūciatione dicit Innocētius III. * Si pennas habeas quibus satagas in solitudinem advolare, ita tamen astrictæ sunt

* Ar.
chiep Ca.
larseno.
Decret.
lib I. tit.
IX. cap.
X. in fine
Incipit
hæc cum
prædicta.

ne-

nexibus præceptorum, ut liberum non habeas absque * permissione volatum. Soli enim Papæ licet in voto perpetuo dispensare, quo quis se ad curam subditorum astringit, * Episcopatum suscipiens.

* Adde
nostra.

* Alias:
astringit

Q U Æ S T I O XL.

*Utrum solus Papa possit dispensare
in votis perpetuis ad vacan-
dum divinis obse-
quiis.*

Respondet S. Th. affirmative in II. Secundæ. Quæst. CLXXXIX. Art. VII. , ubi quærens, an Presbyteri curati possint licite Religionem ingredi, sic dicit *. Sicut dictum est, * obligatio voti perpetui, præfertur omni aliæ obligationi: Obligari autem voto solemnī & perpetuo ad vacandum divinis officiis, * competit propriè Episcopis, & Religiosis.

* in corp.

* Ar.
III. hu-
jus Q.
CLXXX
IX. ad
III. &
Q. LXX.
XVIII.
ad I.
* Alias:
obse-
quia.

E 4

Pre-

Presbyteri autem curati, & Archidiaconi non obligantur voto perpetuo & solemniter ad curam animarum retinendam, sicut ad hoc obligantur Episcopi. Unde Episcopi præfulatum non possunt deferere quacunque occasione absque auctoritate Romani Pontificis, ut habetur. Extra de Regularibus, & transeuntibus ad Religionem, cap. Licet. *

* *Indecris. lib. II tit. XXXI. c. 1. XVIII. in ordin. de.*

Archidiaconi autem, & Presbyteri curati possunt libere abrenunciare Episcopo curam eis commissam absque speciali licentia Papæ,

qui solus potest in votis perpetuis dispensare. Unde manifestum est,

& Archidiaconos, & Presbyteros * posse Religionem intrare.

* *adis curatores.*

QUÆSTIO XLI.

Utrum Papa ex plenitudine potestatis possit committere simplici Sacerdoti quod confirmet, seu conferat Sacramentum Confirmationis.

QUÆSTIO XLII.

Utrum Papa possit committere Diacono ob solvere aliquem in Foro penitentiali.

QUÆSTIO XLIII.

Utrum Papa possit committere simplici Sacerdoti conferre ordinem Sacerdotii.

Q U Æ S T I O XLIV.

Utrum Papa possit committere simplici Sacerdoti conferre minores ordines.

* *Art.*
1. ad III.
quæstio-
ne.

AD has quatuor Quæstiones respondet S. Th. simul in IV. dist. VII. Q. III. *

Ad primam, & ultimam affirmative; ad duas medias negative: ubi sic formaliter dicit. Quod cum Episcopatus non addat aliquid supra Sacerdotium per relationem ad Corpus Domini verum, sed solum per relationem ad Corpus Domini mysticum: Papa propter hoc; quod dicitur * Episcoporum Summus, non dicitur habere plenitudinem potestatis per relationem ad Corpus Domini verum, sed solum per relationem ad Corpus Domini mysticum. Et quia gratia Sacramentalis descendit in Corpus mysticū à capite; ideo

om-

omnis operatio in Corpus mysticū sacramentalis, per quam gratia datur, dependet ab operatione sacramentali super Corpus Christi verum; & ideo solus Sacerdos potest absolvere in Foro pœnitentiæ, & baptizare ex officio. Et ideo dicendum, quod promovere ad illas perfectiones, quæ non respiciunt Corpus Christi* verum, sed solum Corpus mysticū, potest à Papa per plenitudinem potestatis Pontificalis committi Sacerdoti, qui habet actum summum supra Corpus Domini verum; non autem Diacono, vel alicui inferiori qui non habet perficere Corpus Domini; * sicut nec absolvere in Foro pœnitentiæ. Non autem potest simplici Sacerdoti committere promovere ad perfectionem, quæ respicit aliquo modo Corpus Domini verum; & ideo simplex Sacerdos ex mandato Papæ non potest conferre ordinem Sacerdotii, quia oportet, quod

* *Alias*
Domini

* *Alias*
Domini
verum.

quod Ordines sacri habeant actum supra corpus Domini verum, vel supra materiam ejus. Potest autem concedere simplici Sacerdoti, quod conferat minores ordines; quia isti actum non habent supra Corpus Domini verum, vel supra materiam ejus; nec etiam supra Corpus Christi mysticum actum per quem gratia confertur; sed habent ex officio quosdam actus Sacerdotis secundarios, & preparatorios. Et similiter potest concedere Sacerdoti quod confirmet, quia confirmatio perficit eum in actu corporis mystici, non autem relationem aliquam habet ad corpus Domini verum.

Item ad idem in III. Parte, *Quest.* LXXII. * artic. XI. ita dicens in responsione ad primum argumentum. Papa in Ecclesia habet plenitudinem potestatis, ex quo potest quaedam, quae sunt superiorum ordinum, committere inferioribus quibusdam, sicut Presbyteris conferre

* *Alia:*
XIII. de
Saera
menta.

* *Alia:*
qua.

mi-

minores ordines, quod pertinet ad potestatem Episcopalem. Et ex plenitudine potestatis concessit B. Gregorius Papa * quod simplices Sacerdotes conferrent hoc Sacramentum, scilicet Sacramentum Confirmationis. Hæc Ille.

* *Addo:*
hac.
* *Lib.*
II.
Epist.
XXVI.
ind. ist.
XI. in
fine. Ja.
nuario
Episcopo
Calari-
tano.

Q U Æ S T I O XLV.

Utrum solus Papa possit dare plenas Indulgentias.

Respondet S. Th. affirmative in IV. dist. XX. * quia thesaurus Ecclesiae est communis toti Ecclesiae; sed illud quod est Ecclesiae totius, plene non potest dispensari, nisi per illum qui toti Ecclesiae praest, cujusmodi est Papa.

* *Q. I.*
art. II.

Pro cujus clariori intelligentia prosequitur sic. * Papa habet plenitudinem Pontificalis potestatis quasi Rex in Regno; * sed Episcopi assumuntur in partem sollicitudinis quasi

* *Ad II.*
Questi.
unculam

* *sup. Q.*
XXII.

quasi Iudices singulis Civitatibus propositi; propter quod etiam solos eos in suis literis Fratres vocat, reliquos autem omnes Filios vocat: Et ideo potestas faciendi indulgentias plene residet in Papa, quia potest facere prout vult, causâ tamen existente legitimâ; sed in Episcopis est taxata secundum ordinationem Papæ: & idcirco possent facere * secundum quod eis taxatum est, & non amplius.

* *Alias dare.*

Q U Æ S T I O XLVI.

Utrum Papa possit novos Articulos Fidei facere, aut editos removere.

Respondet S. Th. negative in IV. dist. XVII. Quæst. III. * dicens, quod Ministri Ecclesiæ instituuntur in Ecclesia divinitus fundata; & ideo institutio Ecclesiæ præsupponitur ad operationem

* *Art. 2. ad V. quæst. sic vel III. P. in ad. d. quæst. VI. art. 72.*

nem Ministrorum, sicut opus creationis præsupponitur ad opus naturæ; Et quia Ecclesia fundatur in Fide, & Sacramentis; ideo ad Ministros Ecclesiæ nec novos Articulos Fidei edere aut editos removere; aut nova Sacramenta instituire, aut edita * removere pertinet; sed hoc est potestatis excellentiæ, quæ soli Christo debetur, qui est Ecclesiæ fundamentum. Et ideo sicut Papa non potest dispensare ut aliquis sine baptismo salvetur, ita quod nec salvetur sine confessione secundum quod obligat ipsa vi Sacramenti; sed potest dispensare in confessione secundum quod obligat de præcepto Ecclesiæ, ut possit aliquis diutius confessionem differre, quam ab Ecclesia fit institutum.

* *Alias instituta.*

QUÆ-

Q U Æ S T I O XLVII.

*Utrum ad Papam pertineat deter-
minare ea qua sunt
Fidei.*

Respondet S. Th. affirmati-
ve in Tract. contra errores
Græcorum in cap. LXIX.
ita dicens. Ostenditur etiam, quod
ad ipsum Pontificem pertineat quæ
sunt Fidei determinare. Dicit enim
Cyrillus in lib. * Thesaurorum: Ut
*11. membra maneamus in capite no-
stro Throno Apostolico Romano-
rum Pontificum, à quo nostrum est
quærere quid credere, & quid te-
nere debeamus. Et Maximus in
Epistola Orientalibus directa dicit,
quod omnes fines Orbis, qui Do-
minum sincere susceperunt, &
ubique terrarum Catholici veram
fidem confitentes, in Ecclesiam
Romanorum, tanquam in solem
ref-

respiciunt, & ex ipso Sole * lumen
catholicæ, & apostolicæ Fidei reci-
pient: nec immerito. Nam Petrus,
legitur primò perfectam Fidem ef-
se confessus Domino revelante *
Matth. XVI. Tu es Christus filius
* Addo cum di-
xit.
Dei vivi: unde & ei Dominus dicit
Luc. XXII. Ego rogavi pro te, ut
non deficiat Fides tua.

Q U Æ S T I O XLVIII.

*Utrum ad Summum Pontificem
pertineat Symbolum
ordinare.*

Respondet S. Th. affirmative
in II. Secundæ, Quæst. I.
Art. ultimo sic arguens pri-
mò. * Editio Symboli facta est in Sy-
nodo generali; sed hujusmodi Syno-
dus auctoritate solius Summi Pon-
tificis potest congregari, ut habe-
tur in Decret. dist. XVII: * ergo edi-
tio Symboli ad auctoritatem Sum-
mi

* in ar-
gum. Sed
contra.
* Cap.
Nec li-
cuit &
cap. Mul-
tis; & in
tribus
prioribus
cap. ejus-
de disti-
ctione.

F mi

mi Pontificis pertinet.

Pro cuius ampliori intelligentia ulterius procedens, ita dicit*: Nova editio symboli necessaria est ad vitandum insurgentes errores: Ad illius igitur auctoritatē pertinet editio Symboli ad cuius auctoritatem pertinet finaliter determinare ea, quæ sunt Fidei, ut ab omnibus inconcussa fide teneatur: hoc autem pertinet ad auctoritatem Summi Pontificis*, & difficiliore referuntur, ut dicitur in Decret. dist. XVII. cap. Multis*: unde & Dominus Lucae XXII. Petro dixit, quem Summum Pontificem constituit, Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiet Fides tua; & tu aliquando conversus confirma Fratres tuos. Et huius ratio est, quia una Fides debet esse totius Ecclesiæ secundum illud I. ad Corinth. I. Id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis Schismata: quod servari non potest,

* In corpore.

* Adde: Ecclesiæ

* Alias: dist. XI. cap. Paulam, & dist. XX. cap. de libellis

Alias: II. q. VI. c. omnis. oppressus.

Alias: ut dicitur in decretalibus extra de Baptismo cap. Majores. Et sic in variis Editis, & MSS. S. Thoma. via legitur.

test, nisi quæstio de Fide exorta, determinetur per eum, qui toti Ecclesiæ præest, ut sic ejus sententia à tota Ecclesia teneatur firmiter. Et ideo ad auctoritatem solam Summi Pontificis pertinet nova editio Symboli, sicut & omnia alia, quæ pertinent ad totam Ecclesiam, ut congregare Synodum Generalem, & alia hujusmodi.

Si arguatur in oppositum. * Illud quod est anathemate interdictum ab universali Ecclesia, non subest potestati hominis*; sed nova editio Symboli interdicta est sub anathemate universalis Ecclesiæ auctoritate: Dicitur enim in gestis primæ Synodi Ephesinæ, * quod cōpleto * Symbolo Nicænæ Synodi, decrevit sancta Synodus nulli licere aliam Fidem proferre, vel scribere, vel componere præter diffinitam à Sanctis Patribus, qui in Nicænâ Synodo congregati sunt à * Spiritu Sancto. Et subditur etiam

* Ex II. arg. hujus art.

* Adde: alicujus.

* In Concilio. Calcedonensi. sess. IV. paulo anto. Episc. Cyrilli ad Nestorium.

* Alias: perfectos. * Alias: cū Spiritu Sancto.

anathematis pœna. Et idem etiam reiteratur in gestis Calcedonenſis Synodi: igitur videtur, quod non pertineat ad Auctoritatem Summi Pontificis nova editio Symboli.

*Ad 11.

Respondet idem S. Th. *, quod prohibitio, & ſententia Synodi ſe extendent ad perſonas privatas, quarum non eſt determinare de Fide. Non enim per huiusmodi ſententiam Synodi Generalis ablata eſt poteſtas ſequenti Synodo novam editionem Symboli facere, non quidem aliam fidem continentem, ſed eandem magis expoſitam. Sic enim qualibet Synodus obſervavit, ut ſequens Synodus aliquid exponeret ſupra id, quod præcedens Synodus expoſuerat propter neceſſitatem alicujus hæreſis inſurgentis. Unde pertinet ad Summum Pontificem, cujus auctoritate Synodus congregatur, & ejus ſententiâ confirmatur.

QUÆ

Q U Æ S T I O XLIX.

Utrum Auctoritas univerſalis Eccleſiæ in determinatione Fidei principaliter reſideat in Papa.

Respondet S. Th. affirmati-
ve in II. Secundæ Quæſt.
XI. Artic. II. in ſolutione
ad III. Argumentum ita dicens.
Poſt quam aliqua eſſent auctori-
tate univerſalis Eccleſiæ determina-
ta, ſi quis illi determinationi per-
tinaciter repugnaret, hæreticus
conferetur. Quæ quidem auctori-
tas principaliter reſidet in Summo
Pontifice. Dicitur enim XXIV.
Quæſt. I. * Quoties Fidei ratio ven-
tilatur arbitror omnes Fratres no-
ſtros, & Coepiſcopos non niſi ad Pe-
trum, id eſt ad ſui * nominis aucto-
ritatem recurrere debere. Contra
cujus auctoritatem nec Hierony-

* Cap.
Quoties
in ordo
XII.* Alias:
nominis
& hono-
ris au-
ctorita-
tem re-
ſerre de-
bere.* Alias:
Nomi-
nis, &
hominis
alias:
Nomi-
nis au-
ctoritatem.

F 3

mus,

* *Aliaz*
Sacrorū
Docto-
rum.* *Ad*
Damasū
in expo-
st Sym-
3 li, in
fine.

mus, nec Augustinus, nec aliquis
Sanctorum * suam sententiam de-
fendit. Unde dicit Hieron. * hæc
est Fides, Papa beatissime, quam
in catholica didicimus Ecclesia, in
qua si minus peritè, aut parum,
caute forte aliquid positum est,
emendari cupimus à te, qui Petri
Fidem, & Sedem tenes: si autem
hæc nostra confessio Apostolatus
tui iudicio comprobatur, quicum-
que me culpare voluerit, se imperi-
tum vel malevolum vel etiam
non catholicum, non me hæreti-
cum comprobabit.

Q U Æ S T I O L.

*Utrum ad Papam pertineat Sancto-
rum canoniza-
tio.*

QUE-

Q U Æ S T I O L I.

*Utrum Papa in diffiniendo ea, que
sunt Fidei, aut in canoniza-
tione Sanctorum possit
errare.*

AD has duas Quæstiones res-
pondet S. Th. affirmative
ad Primam, & negative ad
Secundam simul in Quodlib. IX. * *Quest.*
artic. ultimo, ubi quærens, an omnes *VII.*
Sancti qui sunt canonizati per Ec-
clesiam sint in gloria, vel aliqui eo-
rum sint in inferno, respondet sic
dicens. Aliquid potest judicari * *Aliaz*
possibile secundum se consideratum, *confide-*
quod relatum ad aliquid extrinse- *rari.*
cum, impossibile invenitur: Dico
igitur, quod iudicium eorum, qui
præsunt Ecclesiæ errare in quibus-
cunque, si eorum personæ respi-
ciantur, tantum possibile est. Si
verò consideretur Divina Provi-

F 4 den-

dentia, quæ Ecclesiam suam Spiritu Sancto dirigit ut non erret, sicut ipse promisit Joan. XIV. quod Spiritus Sanctus * doceret eos omnem veritatem de necessariis ad salutem: certum est, quod iudicium universalis Ecclesiæ errare non potest in his, quæ ad Fidem pertinent: hoc enim impossibile est: unde magis est sententiæ Papæ standum, ad quem pertinet determinare de fide quam in iudicio profert, quàm * quorumlibet sapientium hominum in scripturis expertorum; cum Caiphas, quamvis nequam, tamen quia Pontifex, * legitur inscius prophetasse, Joann. XI. In aliis verò sententiis, quæ ad facta particularia pertinent, ut cum agitur de possessionibus, vel de criminibus, vel huiusmodi, possibile est iudicium Ecclesiæ errare propter falsos testes. Canonizatio verò Sanctorum medium est inter hæc duo. Quia tamen honor, quem

* *Alias:*
Spiritus
veritatis
adveniens.

* *Ex D.*
Ab sic.
quæ quorumlibet sapientium in scripturis opinionioni.

* *Alias:*
adatur
anni illius.

quem Sanctis exhibemus quædam protestatio * est fidei quo * ad Sanctorum gloriam, pie credendum est, quod nec in his etiam iudicium Ecclesiæ errare possit.

Et cum arguitur primò * sic, quod nullus potest esse certus ita de statu alicujus, sicut ipsemet de se; quia quæ sunt hominis nemo novit, nisi Spiritus hominis, qui in ipso est, sicut I. ad Corinth. II., sed nemo * potest esse certus de seipso utrum sit in statu salutis, Ecclesiastes IX. Nemo scit utrum dignus odio, vel amore; ergo multominus Papa scit: igitur potest in canonizatione errare.

Respondet * quod Summus Pontifex, cujus est canonizare Sanctos, potest certificari de statu alicujus per inquisitionem vitæ, per attestationem miraculorum, & præcipue per instinctum Spiritus Sancti, qui omnia scrutatur, etiam profunda Dei.

* *Alias:*
pro fessio
* *Alias:*
qua Sanctorum gloriam credimus.

* *ex l.*
Ar. ibid.

* *Alias:*
sed homo non potest.

* *Ab*
primò.

* ex II.
arg.

Secundò arguitur sic *; quicumque innitur in iudicio * medio fallibili, potest errare; sed Ecclesia in canonizando innitur medio fallibili, scilicet testimonio humano, cum inquirat per testes de vita, & miraculis: igitur cum testimonium hominum sit fallibile, videtur, quod Ecclesia in canonizando Sanctos possit errare.

* Ad secundum.

Respondet * quod Divina providentia præservat Ecclesiam, ne in talibus per fallibile testimonium * fallatur.

* Adde: hominū.

QUÆSTIO LII.

Utrum solius Papa auctoritate habeat Universalis Synodus congregari.

QUÆSTIO LIII.

Utrum ad Papam pertineat confirmare sententias Synodorum.

*Vide
Sup. Q.
XLVIII.
& inf. Q.
LVI. &
Q. LVIII.*

QUÆSTIO LIV.

Utrum ad Papam a Synodo appelletur.

QUÆSTIO LV.

Utrum necesse habeat Papa congregare Concilium Universale quotiescunque habet aliquid de fide determinare.

AD omnes istas Quæstiones simul respondet S.Th. ad primas Tres affirmative, ad Quartam negative in Quæstione de potentia Dei, quæst. X. artic.

IV.,

QUÆ-

IV. ubi quærit, utrum Spiritus Sanctus procedat à Filio: respondens XIII. argum. facto in contrarium, dicit sic. Sicut posterior Synodus habet potestatem interpretandi Symbolum à priori condito, ac ponendi aliqua ad ejus explanationem: Ita etiam Romanus Pontifex hoc sua auctoritate potest, cujus sola auctoritate Synodus congregari potest, & à quo sententia Synodi confirmatur, ad ipsum à Synodo appellatur: quæ omnia patent ex gestis Calcedon: Concilii sic dicentis*: Non est necessariū, quod ad hujusmodi expositionem faciendam uniyersale Concilium congregatur, cum quandoque id fieri prohibeant bellorum diffidia, sicut in VI. * Synodo legitur, quo Constantinus Augustus dixit, quod propter imminencia bella uniyersaliter Episcopos congregare non potuit; sed tamen illi qui conveniunt, quædam dubia in fide orta,

* In exemplaribus D: Th. sic legitur.

Quæ omnia patent ex gestis Calcedonensis Synodi. Nec est necessarium, quod ad hujusmodi expositionem faciendam uniyersale Concilium congregatur, cum quandoque id fieri prohibeant bellorum diffidia, sicut in VI. * Synodo legitur, quo Constantinus Augustus dixit, quod propter imminencia bella uniyersaliter Episcopos congregare non potuit; sed tamen illi qui conveniunt, quædam dubia in fide orta,

* Mense legatur in Editionibus D: Th. Romæ in Pis V, Venetæ 1593. &c. In septima Synodo.

se-

sequentes sententiam Agathonis Papæ, determinaverunt, scilicet, quod in Christo sint duæ voluntates, & duæ actiones. Et sic * Patres in Calcedonensi Synodo congregati secuti sunt sententiam Leonis Papæ, qui determinavit Christum esse in duabus naturis post incarnationem. Hæc Ille.

* Alias similitex.

QUÆSTIO LVI.

Utrum Patres existentes in Concilio Uniyersali possunt aliquid statuere sine auctoritate Papa.

Respondet S. Th. negative in Tract. contra impugnantes Religionem * dicens, quod Sancti Patres in Concilio congregati nihil statuere potuissent, nisi auctoritate Summi Pontificis interveniente, sine qua etiam Concilium congregari non potest.

* Art. IV.

QUÆ-

QUÆSTIO LVII

*Utrum Subjiciantur Statutis
Conciliorum.*

Hic Quæstioni respondet S. Th. sub distinct. in I. Secundæ, quæst. XCVI. art. V. ubi quærit an omnes subjiciantur Legi, ita dicens: Secundum quod Lex de sui ratione duo habet, scilicet quod est regula humanorum actuum, & quod habet vim coactivam, dupliciter potest quis esse subditus Legi. Uno modo sicut regulatum regulæ; & hoc modo omnes qui subduntur potestati, subduntur Legi, quam fert potestas. Alio modo sicut coactum cogenti, & hoc modo homines virtuosi & justi non subduntur Legi, sed soli mali.

*Non ad
liberum
px S. Th.*** Ad
III.*** In
Digo no
peri lib.
I. Tit. III.
Lego
XXX.*

Et infra * tractans illud, quod dicit legisperitus, * quod Princeps di-

ci-

citur solutus à Lege quantum ad vim coactivam Legis: nullus enim proprie cogitur à se ipso: lex autem non habet vim coactivam, nisi ex Principis potestate. Sic igitur Princeps dicitur solutus à lege, quia nullus potest in ipsum judicium condemnationis ferre, si contra legem agat: unde super illud Psal. 50. Tibi soli peccavi, &c. dicit Glo. quod Rex non habet homines, qui facta ejus djudicent. Sed quantum ad vim directivam legis Principes subditur legi propria voluntate, secundum quod dicitur Extra de constitutionibus, cap. Cum omnes: *

quod quisque juris in alium constituerit, ipse eo debet uti. Et Sapientis dicit auctoritas: * Patere legem, quam ipse tuleris.

** In
Decreta-
li Lib. I.
Tit. II.
cap. IV.
in ordin.
à medio.*** Cato,
in radi-
mentis,
qua pte-
ri prelegi
solent.*

QUÆ-

Q U Æ S T I O III.

*Utrum Papa possit mutare Statuta
Sanctorum Patrum in Conciliis
Universalibus, aut in eis
dispensare.*

Respondet S. Th. affirmati-
ve in Tractatu contra im-
pugnantes Religionem. *
ubi respondet ad illud Zosimi Papæ,
quod habetur in cap. Contra * XXV.
quæst. I. Contra statuta Patrum
condere aliquid, vel mutare, aucto-
ritas quidem hujus Sedis non po-
test, & sic dicit. Dicendum quod
hoc est verum in illis, quæ Sancto-
rum Patrum statuta decreverunt
esse de jure Divino, sicut articuli, *
qui determinati sunt per Concilia;
sed illa quæ Sancti Patres determi-
naverunt de jure positivo sunt reli-
cta sub Papæ dispositione, ut ea pos-
sit mutare, vel dispensare secun-

dum

dum opportunitatem temporum,
vel negotiorum. Sancti enim Pa-
tres in Conciliis congregati nihil
statuere possunt, nisi auctoritate
Romani Pontificis interveniente;
sine qua etiam Concilium congrega-
ri non potest. Nec tamen Papa
quando aliquid aliud facit aliter,
quàm à Sanctis Patribus statutum
fit, contra * statuta facit, quia serva-
tur intentio statuentium, etiam si
non servantur verba statutorum,
quæ non possunt in omnibus casu-
bus, & in omnibus temporibus ob-
servari servata intentione statuen-
tium, quæ est utilitas Ecclesiæ: sicut
& in omni jure positivo accidit.
Derogatur enim prioribus statutis
per statuta sequentia. Hæc Ille.

* Adde
corum

G

QUÆ-

* Cap.
IV.* VII.
in ord.
Epistola
Zosimi
ad Epi-
scopos
Marbo-
nensis
Provinci-
æ, à
qua Ivo
desum-
psit dicit
hoc ca-
put non
est inven-
ta.* Adde
Fidei.

QUÆSTIO LIX.

*Utrum Papa habeat plenitudinem
potestatis dispensandi in omni-
bus statutis constitutis per
Ecclesiam, vel Ec-
clesiæ Præ-
latos.*

QUÆSTIO LX.

*Utrum Papa possit dispensare circa
ea, quæ sunt juris Divini,
vel juris Natu-
ralis.*

QUÆSTIO LXI.

*Utrum Papa possit dispensare cum
Bigamo ut promo-
veatur.**

* vide
etiam Q.
LXIII.

QUÆ-

QUÆSTIO LXII.

*Utrum Papa possit dispensare, quod
aliquis Sacerdos non indutus
vestibus sacris conse-
cret Corpus Chri-
sti.*

AD has quatuor quæstiones
respondet S. Th. simul
in Quodl. IV. * art. XIII.,
ad primam, Tertiam, & Quartam
affirmative, ad Secundam negati-
ve, sic dicens. Dicendum est, quod
Papa habet plenitudinem potesta-
tis in Ecclesia, ita tamen, quod
quæcunque sunt instituta per Ec-
clesiam, vel Ecclesiæ Prælatos sunt
dispensabilia à Papa; Hæc enim
sunt, quæ dicuntur esse juris hu-
mani, vel juris positivi. Circa
ea, quæ sunt juris Divini, vel
juris Naturalis dispensare non
potest; quia ista habent effica-
ciam ex institutione, Divina. Jus

* Quæst.
viii.

G 2

au-

autem Divinum est quod pertinet ad Legem novam vel veterem: sed hæc est differentia inter Legem, utramque; quia Lex vetus determinabat multa tam in præceptis cæremonialibus pertinentibus ad cultum Dei, quàm etiam in præceptis judicialibus ad justitiam inter homines conservandam: sed Lex nova, quæ est Lex libertatis, hujusmodi determinationes non habet; sed est contenta præceptis moralibus naturalis Legis, & articulis Fidei, & sacramentis gratiæ; unde etiam dicitur Lex Fidei, & Lex Gratiæ propter determinationes articulorum Fidei, & efficaciam Sacramentorum. Cætera verò quæ pertinent ad determinationem judiciorum humanorum, vel ad determinationem divini cultus libere permisit Christus, qui est novæ Legislator, Prælati Ecclesiæ, & Principibus * Populi determinanda: unde hujusmo-

* *Alii:*
Christiani
Populi.

di

di determinationes pertinent ad jus humanum in quo Papa potest dispensare. In solis verò his quæ sunt de lege naturæ, & in articulis fidei, & sacramentis novæ legis dispensare non potest. Hoc enim non esset posse pro veritate, sed contra veritatem. Manifestum est autem, quod Bigamum non promoveri non est de lege naturæ, nec pertinet ad articulos fidei, nec etiam est de necessitate sacramenti; quod patet ex hoc quod si Bigamus promoveatur, seu ordinetur, Ordinis recipit sacramentum; sed hoc pertinet ad quandam determinationem divini cultus: unde circa hoc Papa potest dispensare, licet dispensare non debeat, nisi ex magna & evidenti causa. Sicut etiam posset dispensare circa hoc, quod aliquis Sacerdos non indutus vestibus sacris consecret corpus Christi: Et eadem est ratio de omnibus aliis

G 3

hu-

hujusmodi, quæ ex institutione humana processerunt. Hæc Ille.

Q U Æ S T I O LXIII.

Utrum Papa possit dispensare, aut aliquid facere contra Apostolum.

Respondet S. Th. affirmative in Quodl., & Artic. supra notato, ubi respondens ad primum argumentum sic ait. Quod Apostolus dupliciter in sua doctrina aliqua posuit *: quædam namque sicut promulgans Jus divinum, sicut est illud quod habetur ad Gala. V. Si circumcidimini, Christus vobis nihil proderit, & multa hujusmodi; & in hoc Papa non potest dispensare: quædam verò posuit sicut propria auctoritate aliqua statuens; nam ipse dicit I. ad Corinth. XI. Cætera cum venero disponam. Et infra XVI. mandavit ut Collectæ

* *Alias*
propo-
suit.

etæ, quæ fiunt in Sanctos, per unam Sabbati fiant, quod non pertinet ad Jus divinum. Et similiter etiam quod dicitur de Bigamo non promovendo non est juris divini, sed institutio humanæ auctoritatis divinitus homini concessæ.

Ad idem in IV. dist. XXVIII. in solutione unius argumenti cum arguitur, quod non possit dispensare circa ea, quæ dicuntur in canone, dicit quod est quantum ad ea quæ sunt de jure naturali, & quantum ad ea quæ sunt de necessitate Sacramentorum, & Fidei; sed de his quæ sunt de institutione Apostolorum, cum Ecclesia habeat nunc eandem potestatem statuendi, & dispensandi, quam tunc habuit, potest per eum, qui primatum tenet in Ecclesia, dispensari.

Cæterum ad idem est in Tract. contra impugnantes Religionem * respondens ad illud, quod dicit Urbanus Papa in cap. Sunt quidam *

* *Cep.*
VI.

* *III.*
in ord.

XXV. Quæst. I., videlicet: Si quod docuerunt Apostoli, & Prophetæ, destruere (quod absit) nitetur Summus Pontifex Romanus, non sententiam dare, sed magis errare convinceretur, sic dicit. Non est verum, quod Papa non possit aliquid facere contra Apostolum; Dispensat enim cum Bigamo, & in pœna, quam Canones Apostolorum statuerunt Presbytero fornicanti. Ex decreto autem inducto non potest amplius haberi, nisi quod Papa non potest destruere canonicam scripturam Apostolorum, & Prophetarum, quæ est in Ecclesia fidei fundamentum. Hæc ille.

* Ab
sunt ha
ugetur: Et
Prophete
ra, &
multis
MSS.
dicere

* Can.
* Apo-
stolorum
ex edit.
Dyony-
sin.
Alia
XIV.

QUESTIO LXIV.

Utrum in Papa resideat utraque Potestas, tam Secularis quam Spiritualis.

Respondet S. Th. affirmati-
ve in II. Sent. dist. ultimâ
in fine, sic dicens. Pote-
stas Secularis, & Spiritualis utra-
que deducitur à potestate Divina,
& ideo in tantum Secularis pote-
stas est sub Spirituali, in quantum
ei à Deo supposita est, scilicet in
his, quæ ad salutem pertinent ani-
mæ: & ideo in his magis est obe-
diendum potestati Spirituali, quam
Seculari. In his autem, quæ ad bo-
num civile pertinent, est magis
obediendum potestati Seculari,
quam Spirituali secundum illud
Matth. XXII. Reddite quæ sunt
Cæsaris Cæsari, &c. Nisi forte
potestati Spirituali etiam potestas

* In
expo-
sitione.
Textus
ad. 11.

QUE.

Se.

* *Alis:*
secularis.* *Psalms.*
c. IX.* *Apoc.*
XIX.* *Dani.*
el. VII.

Secularis conjugatur, sicut in Papa, qui utriusque potestatis apicem tenet, scilicet Temporalis *, & Spiritualis, hoc ille disponente, qui est Sacerdos, & Rex in æternum * secundum ordinem Melchisedech: Rex regum * & Dominus dominantium: cujus potestas * non auferetur: & Regnum non corrumpetur in seculum seculi.

QUÆSTIO LXV.

Utrum Papa possit committere Simoniam.

Respondet affirmative in II. Secundæ, Quæst. C. art. I. ubi sic dicit in responsione ad * argumentum. Dicendum, quod Papa potest incurrere vitium Simoniam, sicut & quælibet alia persona *. Peccatum enim in aliqua persona tanto est gravius, quanto majorem obtinet locum.

* *Alis:*
quilibet
alius ho-
mo.

Qua-

Quamvis enim res Ecclesiæ sint ejus ut dispensatoris principalis, non tamen sunt ejus ut Domini, & possessoris; & ideo si reciperet pro aliqua re spirituali pecuniam de redditibus alicujus Ecclesiæ non careret vitio Simoniam. Et similiter posset etiam Simoniam committere, recipiendo pecuniam ab aliquo Laico non de bonis Ecclesiæ.

QUÆSTIO LXVI.

Utrum opinio dicens, Papam non posse committere Simoniam & maxime cum persona Ecclesiastica quia, res Ecclesiæ sunt sua, sit erronea.

Respondet S. Th. affirmative in IV. Sent. dist. XXV. quæst. III. * dicens in responsione ad II. argumentum quod opinio illa erronea est. Si enim Pa-

* *Arto*
III.

pa

pa pro aliqua re spirituali munus acciperet, Simoniam committeret sicut & alius homo, quia in ipso Petro*, cui Papa succedit, Simonie vitium damnationem inchoavit in novo Testamento. Quamvis enim res Ecclesie sint aliquo modo Papæ, non tamen sunt ejus omnibus modis habendi; sicut illud quod ad manum habet. Non est dubium, quod simoniam committeret si quis aliquod Spirituale debitori suo daret, ut quod suum est recuperaret: & ita etiam in proposito Papa à simonia non excusatur si (quod absit) spiritualia pro temporalibus rebus Ecclesiarum daret.

Q U Æ S T I O LXVII.

Utrum Clerici teneantur decimas dare Papa si ab eis exigat.

QUÆ-

Q U Æ S T I O LXVIII.

Utrum teneatur communitas Religionis Christiana providere Papa de necessariis ad regimen, & gubernationem ipsius Ecclesia.

AD has duas Quæstiones respondet S. Th. affirmative in II. Secundæ, quæst. LXXXVII. art. IV. in responsione ad III. argumentum sic dicens. In veteri Lege primitiæ debebantur Sacerdotibus, decimæ autem Levitis; Et quia sub Sacerdotibus Levitæ erant, Dominus mandavit, ut ipsi, loco primitiarum, solverent Sacerdoti Summo decimam decimæ. Unde nunc eadem ratione tenentur Clerici Summo Pontifici decimam dare, si exigeret. Naturalis enim ratio dicitur, ut illi, qui habet curam, * de communi mul-

*in All-
quibus
adri-
nib. D.
Th. ad-
ditur a-
nunarū
sed non
sic in ve-
tustiss.
MS.
Bibliob.
S. Domi-
nici ma-
joris de
N. cap.

ti-

titudinis statu provideatur; unde possit exequi ea, quæ pertinent ad communem salutem. Hæc Ille.

QUÆSTIO LXIX.

Utrum Papa utatur baculo sicut Episcopi.

Respondet S. Th. in IV. dist. XXIV. in fine * negative duplicem ad hoc rationem assignans. * Primò, quia Petrus misit ipsum ad suscitandum quendam discipulum suum, qui postea factus est Episcopus Treverensis, & ideo in diœcesi Treverensi baculum portat, & non in aliis. Vel secundò, in signum quod non habet potestatem coarctatam, quod curuatio baculi significat.

* Scilicet quest. 811. art. 111. ad VIII. * Ex In. nocent. 111. lib. 1. Mysteriorum Missæ cap. LXII.

QUÆSTIO LXX.

Utrum sit laudabile in Papa vilioris habitum extra metas habitus assumere.

Respondet S. Th. negative in Tract. contra impugnantes Religionem, * dicens. Quidam sunt status hominum, quibus habitus est determinatus, sicut quælibet Religio suum determinatum habet habitum: ita etiam in antiquis temporibus * in dignitatibus constituti determinatos habitus habebant, quasi suæ dignitatis insignia, & sic nunc Summus Pontifex determinato habitu utitur. Unde sicut Religioso unius Religionis non liceret assumere vilioris habitum, qui suæ Religionis metas excederet (quamvis intra metas suæ Religionis si vilioribus utatur non sit reprehensibilis sed lau-

* Cap. VIII. ad nonum.

* Alii dicit Reges, & in dignitatibus, &c.

laudetur) ita etiam non fuisset laudabilis in antiquis Principibus, nec modo esset in Summo Pontifice, si viliores habitum assumeret extra metas habitus assueti. Secus autem est de Principibus, & aliis hominibus, qui non habent certum habitum deputatum *: in eis enim non esset vituperabile si vilioribus utantur quam eis convenire possit *: unde legitur II. Regum VI. quod Michol deridens David ait: Quam gloriosus fuit * Rex Israel discooperiens se ante ancillas servorum suorum: & nudatus est quasi si nudetur unus de scurris. Et David respondit: Ludam, & vilior fiam plus quam factus sum; & ero humilis in oculis meis. Et Esther XIV. Tu scis necessitatem meam, quod abominer signum superbiae * meae quod est super caput meum in diebus ostentationis meae; & non portem illud in diebus silentii mei. Ex quo patet quod in Regibus, & Prin-

* Alias
Et deter-
minatū.

* Addit
secundū
statum-
suum.

* Addit
hodie,

* Addit
& glo-
riz.

Principibus est laudabile quod humilibus sint contenti, quando sine scandalo fieri potest, & sine detrimento propriae auctoritatis.

Q U Æ S T I O LXXI.

Utrum Correctio fraterna se extendat ad Papam.

Respondet S. Th. affirmative in II. Secunda. Quæst. XXXIII., art. IV. * ita dicens. Correctio, quæ est actus iustitiæ per coarctationem * poenæ non competit subdito respectu Prælati; sed Correctio fraterna, quæ est actus charitatis pertinet ad unumquemque respectu cujuslibet personæ ad quæ charitatem debet habere, si in ea aliquid corrigibile inveniatur. Actus enim ex aliquo habitu, vel potentia procedens, se extendit ad omnia, quæ continentur sub objecto ejus *; sed quia actus virtuosus de-

* In
corpore.

* Alias:
cohibi-
tionem,
ut in
ASS. &
non cor-
rectio-
nem, ut
mandesce
in a'i-
quib.
Edis.

* Alias:
illius
potentiæ
vel ha-
bitus.

H bet

bet esse moderatus debitis circumstantiis : ideo in correctione , qua subditi corrigunt Prælatos , debet modus congruus adhiberi , ut scilicet non cum protervia & duritia , sed cum mansuetudine & reverentia corrigantur : unde Apostolus dicit I. Timoth. V. Seniore[m] ne increpaveris , sed obsecra ut Patrem. Et ideo Dionysius * redarguit Demophilum Monachum , quia Sacerdotem irreverenter correxerat , eum percutiens , & de Ecclesia ejiciens.

* In
Epist.
VIII. &
incipit:
Hebræo-
rum hi-
storiæ
tradunt
ex inde-
penden-
te Cor-
derii ,
quæ p[ri]m[is]
oculis
habemus.

Q U Æ S T I O LXXII.

Utrum Papa in aliquo caso sit à subditis publice arguendus.

Respondet S. Th. in II. Secundæ , Quæst. , & art. proxime nominatis , tradans auctoritatem Apostoli ad Galat.

lat. II. In faciem ei restiti ; & Glo. * ait , ut par , dicit sic * In faciem resistere coram omnibus excedit modum fraternæ correctionis ; Et ideo sic Paulus Petrum non reprehendisset , nisi aliquo modo par esset quantum ad Fidei defensionem : Sed in occulto admonere , & reverenter hoc etiam potest ille , qui non est par ; unde apostolus ad Colossenses ultimo scribit de subditis , ut Prælatum suum admoneant , cum dicit : Dicite Archippo Episcopo : ministerium tuum imple. Sciendum tamen est , quod ubi immineret periculum scandali contra fidem , * publice essent prælati à subditis etiam corrigendi * . Unde & Paulus qui erat subditus Petro , propter imminens periculum scandali contra * Fidem , Petrum publice arguit . Et sicut Glo. Aug. * dicit : Ipse Petrus majoribus exemplum prebuit , ut sicubi forte * rectum tramitem reliquissent , non dedi-

* Am-
brof. i bi
* ad II.

* Alias
pericu-
lum fi-
dei : ex
S. Th.
* Alias
arguen-
di.
* Alias
circa .
* Epist.
XI. X. ,
vel
LXXXII.
nova
Edit: Men-
nach.
Cong. S.
Mauri .
* Alias .
recti .

gnetur etiam à posterioribus cor-
 rigi. *

* *Aliis:*
 corrigi.

Item idem S. Th. super Epist.
 ad Galat. * præfatam auctoritatem
 tractans cum dicitur quod Glossa
 ait : restitit ei tanquam par, dicit,
 quod Apostolus fuit par Petro in
 executione auctoritatis, non autem
 in auctoritate regiminis. Ex præ-
 dictis igitur habemus exemplum
 Prælati scilicet humilitatis, ut non
 dedignetur à minoribus, & subdi-
 tis corrigi: subditi verò exemplum
 zeli & libertatis, ut non vereantur
 Prælatos corrigere, præsertim si
 crimen est publicum, & in pericu-
 lum totius multitudinis vergat.

In IV. verò Sent. dist. XIX. *
 dicit, quod hoc quod Paulus Petro
 in faciem restitit, excedit modum
 fraternæ correctionis, quæ Prælati
 à subditis debetur. Non enim Præ-
 lati à subditis coram multitudine,
 sed humiliter in privato corripien-
 di sunt, nisi immineret periculum

Fi-

Fidei: tunc enim Prælati minor fie-
 ret si in infidelitatem laberetur; &
 subditus fidelis major.

Q U Æ S T I O LXXIII.

*Utrum Papa correctus à Subditis
 possit, aut debeat corrigi per cor-
 rectionem penalem.*

Respondet S. Th. negative
 in IV. dist., & quæst. pro-
 xime nominatis, * ubi res-
 pondens ad II. argumentum, ita
 dicit, quod quamvis Prælati à subdi-
 tis sint corrigendi, * non tamen est
 eis pœna infligenda, sed recur-
 rendum vel ad superiorem
 denunciando; vel, si
 non habeat su-
 periolem,
 recurrant ad Deum
 ut eum emen-
 det.

* *Nec*
non art.,
& Quæ-
sitio.

* *Aliis:*
corri-
piendi.

PE-

PERORATIO AUCTORIS

HÆC sunt, Reverendissime Pa-
 ter, quæ ego vester humi-
 lis cappellanus *Frater Joannes de*
Turrecremata natione hispānus
 ex Libris Beatissimi Doctoris
 THOMÆ DE AQUINO, jussu
 Vestræ Reverendissimæ Pater-
 nitatis, DE AUCTORITATE
 SUMMI PONTIFICIS colleg-
 gi: Quæ & si minus integre col-
 lecta sint, Dominatio Vestra
 gratanter suscipere dignetur.

F I N I S.